PRAXIS EPISCOPALIS
Secunda Pars.

IN QVA SVMMA OMNIVM
Bullarum Summorum Roman. Pontificum,

DILVCIDATIONVM ILLVSTRISSIMORVM S. R. E. Cardinalium Sacrarum Congregationum,

ET RECENTIORVM DECISIONVM, RERVMQVE MAGIS practicabilium, Laconicè continetur, Prælatis omnibus vtilissima.

AD ILLVSTRISSIMVM CYNTHIVM Cardinalem Aldobrandinum.

AVCTORE REVERENDISS. D. THOMA ZEROLA
Beneuentano, Episcopo Minorensi.

Accesserunt nuper Additiones eiusdem satis abundè.

Cum Priuilegio Senatus Veneti, & aliorum Principum.

Venetijs, Apud Georgium Variscum. M. D. CII.

Cum Superiorum Licentia.

CYNTHIO ALDOBRANDINO,

Cardinali optimo,

SANCTISSIMI D. N. CLEMEN. VIII. Nepoti incomparabili.

LIBERALIVM STVDIORVM amatorum amantiſſimo,

THOMAS ZEROLA BENEVENTANVS, Epiſcopus Minorenſis ſalutem.

ROMANI ſtipes Imperij Cæſar ille non impari, tam ſcribendo calamo, quam dimicando gladio, diuerſorumque audiendo Principum legationes, animi ſolertia, ingeniique vſus acumine, quo tria communiter incompatibilia, vno eodemq; agebat tempore, dictabat, ſcribebat, auſcultabat, dabatque reſponſa, Heluetiorum, Luthetiorum, Remenſium, Brittanorum, Ruthenorum, Germanorum, Belgarum, vniuerſæque Galliæ, Theſſaliæ, magni Pompeij, Aegypti, Alexandriæ, Parthorum, Aphricæ, viri illius incomparibilis Catonis Vticenſis, Hiſpaniarum, Gnei Pompeij, Labieni, plurimorumq; bellicis perfunctus negotijs, ſumma demum rerum potitus: Romæ toti imperitabat pœnitus orbi. Ad hæc in ipſo viro, alioqui bellicoſiſſimo, humanitas, grauitas, pietas, modeſtia, & in ſuos etiam hoſtes ſingularis vigebat manſuetudo, quin, etſi manu, ſanguine aliquando cruentata, confligaretur, in aduerſarios tamen clementia potius angebatur, quam iracundia, verbis prius, quam armis experiri, illud que hominum proprium, poſterius belluarum eſſe naturæ lumine, non ignarus: Teſtis ſit Picęnum, Pharſalię, Aphricæ, Hiſpania, Romanorum prouincia, Maſſilia, ac finitimæ Ciuitates, ipſa Romana, vbi concices

a 2 ſuos

ſuos,& ſi de ſe male meritos,cùm fortuna interdum bellica, in ſuam venirent ditionem, ex animo libentiſſime dimittebat, nuſquam nec in ſuos,nec in exteros ſęuiens inimicos, niſi militari diſciplina coactus, mirum in vno quonam pacto milite tot virtutum genera militarent. Huic licet ethnico, & politico Te Chriſtianum Principem, virum Religioſiſſimum Cardinalem optimum, literatorum præſidium, Apoſtolici decus collegij,& ornamentum,natura communi,profeſſione alteri, æqua lance,non immerito,comparabimus(abſit procul aſſentatio Epiſcopo non digna) veritatem namque dicemus hominem (cum per ſe eluceat) vera fateri conantem: Quorſum hæc? te profecto Pannonicis, Sarmaticis, Auſtricis, Tranſiluaniæ bellis Regum, Principum, Rerumpublicarum, multorumque denique Eccleſiæ præſulum poſtulationibus, non mediocriter irretitum, & nihilo ſecius,bello paci, Regibus,Principibus,Prælatis,ac Rebuſpublicis vndequaque, ingenti indita grauitate, ſuauique connaturali modeſtia ſatisfacientem,omnium cum admiratione, cernimus: Quid mirum ſi inter tàm ingentem negotiorum machinam, hiſce ſerui tui,accepti nō immemoris beneficij, interlinearibus, ſeu paraphraſticis,Eccleſiaſticis,pro bene gerendis rebus,commentariolis,dum ſcribis,dictas,audis,daſque reſponſa, aliquantulum oculos admoueris,illud ſi Cæſarem aſſecutum, fatemur, iſtud à magnitudine animi tui nequaquam abeſſe negemus. Vale Minori, Kalendis Ianuarij. 1598.

AD

AD ILLVSTRISSIMOS, AC REVERENDISSIMOS S. R. E. PRAELATOS.

NON à semetipso, verum diuino illo afflatus spiritus, quo Rege ab æmulo spiritum propulsabat malum, Psaltes, Pastor, Miles, Vates, Regius, heroico vaticinatus carmine, cecinit illud, Dies *diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, quod & commentatus est, qui Regum libris addidit Paralippomenon, Esdram, Neemiam, nouum veteri additum testamento, ipsa veritate, docente, Non veni soluere legem, sed adimplere, & vas illud electionis, Adimpleo ea quæ desunt Passionis Christi, hinc octauus ille Bonifacius Romanus Summus Pōtifex Sextum decretalibus Gregorij Noni hinc clemens Sextus clementinas, hinc diuersi Romani Sum. Pont. varias, diuersasq;, iuxta rerum, temporumque vicissitudinem concludinarunt extrauagantes; Hinc potissimum traditiones, doctrinæ, consuetudines, in hac vera antiquissima, ac perpetuata præ ceteris, vel temporaliter Christiana Repulica duratura schemate militari ad extremum vsque formidandi diem iudicij, diuino id asseuerante verbo ipso incarnato. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad sæculi consummationem, & potitura in æternitatem triumphali beatitudine, aua sempiterno, eadem ineffabili sapientia prædicante, & ibunt hi in vitam æternam: nō relinquam testes meos domesticos, more solito, Chrisostomum, & cæteros in 2. ad Thessalonicenses, Epipha. hæresi, 55. & 61. August. de fide Christia. lib. 2. contra Faustum, & ad Ianuarium Episto. 118. Origen. in Episto. ad Rom. lib. 5. c. 6. Gratia. dist. 11. Gaspar. lib. 2. aduer. hæres., ar. 5. Roffens contra Luther. verit. 10. Pigius lib. 1. Hierar, Eccl. c. 2. Euseb. lib. 10. c. 18. Histor. Eccles. Nicephor, lib. 5. c. 16. ac cæteros, breuitatis ergo relictos hisce ortodoxæ fidei antesignans, quanta sit vis trium illorum ostenditur: ad quid? haud secus, quam ad confirmandam, tuendamque Dauidicam hanc sententiam, cælitus emanatam, alteram que non dissimilem, Ordinatione tua perseuerat dies, quod & Canonistas non latuit, cap. nō debet de Consang. & affinit. Procul hinc absit e prophani, nouorum dogmatum inuentores, spectra, portenta, ac inferorum monstra, quorum iure optimo nomina, in omnibus scriptis nostris conticentur, nedum per labra hominum volutantur, oblique mundanam, quam optant inanem gloriam mortalemque immortalitatem adipiscantur, velut etiam Apostata insanus ille, non Augustus, sed Angustus inter Deos mortuus petiuit referri, qui inter viuos impurus mortuus habebatur, Nazianzeno acclamāte, assentiatur, quicquid lubet, suus pessimus collegi sophista Libanius, tametsi Chrisostomi Doctor, sed ille pius patriarcha colligebat aurum de stercore Ennij: Ea propter, mirum proculdubio minime censeri debet, si ad Praxim nostram Episcopalem, quodamodo rudem, quondam prælis da-*

tam,

ctam, in præsentiarum, quodamodo perpolitam, auctamque non modicum, hanc adiecerimus additionem. In prima namque editione, nimia compulsi celeritate, quod erat nostri Officij, minus efficere potuimus, hoc in secunda eiusdem impressione præstauimus, in maius nostrum studium pollicemur, & si currenti calamo, typographica festinatione, testis nobis sit ille, qui omnium scrutator est cordium. Vos interdum Reuerendissimi, rerum de quibus agitur practicabilium, ac succinctarum potius, quam verborum prolixiorum amatores, his interdum fruimini, cumque interlegendum aliquod mendum impegeritis, quo inoffenso pertranseatis pede, errata ac prætermissa, potius ad sensum, quam literam, rogamus, animaduertatis, Valete, &c.

INDEX

INDEX CAPITULORUM.

Laici.

INDEX.

INDEX RERVM.

Quæ in hac secunda Parte continentur,

ORDINE ALPHABETICO satis exuberans.

A

a potuit

INDEX.

Ban-

I N D E X.

C

liores

INDEX.

Dimis-

E

Ex-

H Aeres

H

I

INDEX.

b Interdictum

INDEX.

Ordinatus

INDEX.

INDEX.

Regulares

Symoniam

Transactio

INDEX.

F I N I S.

PRAXIS EPISCOPALIS

Reuerendiſsimi Domini THOMÆ ZEROLÆ BENEVENTANI EPISCOPI MINOREN.

Pars Secunda.

Abſolutio.

AN Confeſſarij,tam ſæculares,quàm regulares,poſſint abſolue re a caſibus epiſcopalibus,vigore diplomatum conceſſorum alicui loco,Religioni,vel vniuerſitati?

Ad hoc reſpondendum primo videtur negatiuè,determinatũ enim eſt,per reſponſionem factam a Sac.Cong.Card.Cardinali de Aretio,Archiepiſcopo Neapolitano,vt in Catech. Neapolit.fol.287.& multis Epiſcopis.nec valet dicere,quod iſtæ reſponſiones ſunt determinationes Cardinalium, & nõ Summi Pontificis,& ſic non oĩno,quia inſtar eſt,ac ſi eſſet Summi Pontificis,vt habetur in declar.Sac.Congr.nu.272. in hæc uerba,eadem ratio habenda eſt de his, quæ ſcribunt a Cardinalibus Sac.Cong.Conc.Trid.nomine ipſius congregationis,ac ſi a Papa ſcripta eſſent,& in Conc.Mediol.Prouinciali,3.de ſacram.Pęnit.§.ne confeſſarij, & Cõc. Prouinc.5.§.ne facultatem,vbi habetur eſſe ipſo iure caſſata,reuocata, & annullata, omnia priuilegia,exemptiones,immunitates,facultates,diſpẽſationes, conſeruatorię, indulta,confeſſionalia,maremagnum,& aliæ gratiæ,in his omnibus, & ſingulis,quib. illa ſtatutis,& decretis Sac.Conc.Trid.contrariantur.bulla Pij IIII ſub datum Romę xv.Kalendas Martij 1565.Sed iſta priuilegia Maremagnum,& alia huiuſmodi,prout ſupra,aduerſantur dicto Concilio,Seſſ.14.c.7.ergo,&c.& vt hoc particulariter ſciatur, dicam ſigillatim,pro maiori notitia Praxis,nec Roſarij,Cruciatæ,Conceptionis,Corrigiatorum,vel alterius huiuſmodi indulgentijs,nec priuilegijs conceſſis ante,vel poſt concilium,ita in dicto Conc.5.Mediol.ex determinatione Summi Pontificis.

Reſpondendum ſecundo, videtur, quod poſſunt, quando in priuilegijs, gratijs, & iubilæis, eſſent hæc verba, vel ęquipollentia, & ſimilia, ut poſſint confeſſarij approbati ab ordinarijs abſoluere a caſibus,& cenſuris,etiam Sedi Apoſtolicę reſeruatis,

uel toties quoties,uel semelin uita,& semel in morte,vide Nauar.in noua impresisione manualis facta Venetiis Anno 1590.capitu.vigesimoseptimo,nu.166. ubi disputat hoc ex professo contra quendam, qui tenet oppositum, & exemplificat in facto super gratijs,& priuilegiis concessis Archiconfraternitati Sanctissimæ Trinitatis de Vrbe, idem confirmat in cons.30.de pœn.& remiss.

Respondetur tertiò,decisiue,quod de hac re consului Romæ multos Illustrissimos, doctissimos,& pijssimos Cardinales,qui dixerunt mihi, quod primum dictum verificatur in priuilegijs,& facultatibus concessis,ante Concilium Tridentinum, secundum uero dictum est vnum,in gratiis,& priuilegijs concessis post Concilium Tridentinũ, vel post illud,per Sedem Apostolicam confirmatis,vide in practica mea Pœnitentiali,capitu.24.quæstione nona.ampliatur hoc,quod non solum potest quis absolui virtute diplomatum,prout supra a casibus Episcopo reseruatis, sed etiam a censuris Ecclesiasticis,modo id fiat in sacramentali confessione,Nauar.cons.48.num.11. ver.ad quartam,de sent.excomm. & exemplificat in priuilegiis confraternitatis nominis IESV.

Verum his non obstantibus,contrarium determinauit Sacra Congregatio,de mente Sũmi Romani Pontificis:pro cuius certitudine, Volui inserere, hic uerba ipsius Sacræ Congregationis,quæ sunt ista,videlicet:

Sacra Congregatio Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalium,negotijs, & Consultationibus Episcoporum,& regularium præposita,iustis, & grauibus causis, id exigentibus, ac de Sanctissimi Domini Clementis Octaui,speciali mandato, viuæ vocis oraculo desuper habito:Sacerdotibus omnibus,tam Sæcularibus,quam Regularibus,per vniuersam Italiam,extra Vrbem degentibus, ad confessiones audiendas, probatis, quorumuis ordinum,etiam mendicantium,militiarum,ac congregationum,etiam Societatis Iesus,& generaliter quarumcunque aliarum, quouis nomine nuncupentur, iubet,& pręcipit, ne quis eorum,sub prætextu priuilegiorum,indultorum,ac facultatũ, generaliter,vel specificè scripto,aut viuæ uocis oraculo, uel per communicationem a Sede Apostolica,vel eius auctoritate eorum ordinibus, congregationibus, collegijs, vel societatibus,aut Archiconfraternitatibus sæcularium, aut singularibus personis, seu alias quomodocunque,sub quibusuis tenoribus,formis,& clausulis,etiam derogatoriarum derogationis,ad cuiusuis etiam Imperatoris,Regum, aut aliorum Principũ instantiam,concessarum,seu confirmatarum alicui cuiusuis status,gradus,& conditionis,aut dignitatibus,tàm Ecclesiasticis,quam Sęcularibus Regiæ,vel Imperialis,ab vllo ex casibus clarè,vel dubiè in bulla in die Cœnę Domini legi solita,contentis, uel alias quomodocunque Sedi Apostolicæ reseruatis,aut in futurum,per sanctitatem suã, eiusue successores pro tempore in eadem bulla,vel aliàs reseruandis, nec etiam a casibus,quos ordinarii locorum hactenus reseruarunt,uel in posterum sibi reseruabunt, nullo casu,etiam necessitatis,uel impedimenti,nisi in mortis articulo, seu cum noua, & speciali sanctitatis suę,aut successorum suorum, uel ordinariorum, quo ad casus, ab ipsis tantùm reseruatos,respectiuè impetrata,in scriptis,licentia ordinarij locorum exhibenda,absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, uel præsumat: sed quum opus fuerit,pœnitẽtes ad superiores, legitimosque iudices accedere consulant, sub pœna contrafacientibus,tàm regularibus, quam sæcularibus, excommunicationis,priuationis officiorum,& dignitatum,aut beneficiorum inhabilitatis, iterum ad audiendas confessiones,& ad quæcunque officia,prælaturas, beneficia in posterum obtinenda,ipso facto,absque ulla declaratione incurrenda, super quibus a nemine, nisi a Romano Pontifici, habilitatio,& dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo,possit impartiri·Sanctitas enim sua,quatenus opus sit facultates,& concessiones ipsas in hac parte,uti cassas,& irritas habere de cætero voluit,& vult, non obstantibus quibuscunque.Præterea nouerint pœnitentes, absolutionem, siquam obtinebũt contra huiusmodi prohibitionem,esse nullam,nulliusque roboris, & momenti, & ne

locorum

locorum Ordinarij quibus Ius hoc reseruandorum casuum competit, plurium, quàm opus sit, reseruatione subditis, aut confessarijs in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, monentur omnes, ut paucos, eosque tantum, quos ad Christianam disciplinam restituendum, animarumque sibi creditarum salutem pro cuiusuis diœcesis, statu, & qualitate necessaria reseruandos esse iudicauerint, reseruent: In quorum fidem.

Datum Romæ die nono Mensis Ianuarij 1601. Alexander Cardinalis Florentinus. Hieronimus Augutius Secretarius: Romæ Superiorum permissione.

Secundò quæritur, an ægrotus, qui fecit vocare confessarium, quia vult confiteri, & postea antequam confessarius ueniat, ægrotus ipse perdat loquelam, discursum rationis, deliret, adeò, quod non potest, neque nutu, neque signis, neque verbis, vel huiusmodi confiteri peccata sua, an iste valeat absolui à suis peccatis a dicto confessario?

Respondetur primò, quod multi Doctores antiqui, & recentiores dicunt non posse, nec debere absolui, & assignant rationes, quas uideas in Nau. cap. 26. num. 28. & capit. 27. num. 269. notab. 1. & Sot. 4. dist. 18. q. 2. art. 6. & 5.

Dico secundo, quod multi recentiores, dicunt quod licet rationes illæ sint satis probabiles in theorica, tamen posse, & deberi absolui in practica, ratio quia confessio pro illo casu est valida, aliàs iste ęgrotans est destitutus omni auxilio diuino in illo instanti, quod non est credendum, nec sufficit dicere, quod poterit habere contritionem, qa hoc est difficile, & quod poterit communicare, & sic media communione fieri de atirito, contritus, quia posset stare, quod ille non posset communicare aliquod ob impedimentum, præterea quia nulli debet dari communio, qui est conscius alicuius peccati mortalis, absque præuia confessione, Concil. Trident. sess. 13. capitulo ultimo, & hoc tenent communiter omnes recentiores, & sic ego practicarem, & de hoc vide in praxi mea Pœnitentiali, capitulo decimotertio, quæstione secunda, vide capitulo is qui, 26. quæstione sexta, & D. Anton. tertia parte, titu. decimo, capitulo secundo, ubi dicit, imò si presbyter pœnitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarum, capitulo si presbyter lo. cit.

Dico tertio, si quis in tali casu constitutus non procuraret confessarium, petendo confessionem, sed alij pro parte illius uocarent confessarium, quod tunc non posset, nec deberet absolui, ratio est, quia in primo casu quando ille petijt, ostendit saltem signa contritionis, cupiens confiteri, in secundo casu verò non, vide Angel. cap. confessio, quarto, §. octauo, Astens. lib. quinto, titulo decimosexto, Canus relectione de pęniten. Candelabrum Aureum tracta. de absolutio. numero 71. imò hoc apertissimè tenet Host. in sum. titulo de pœnitent. & remissio. §. confitendum, numero quadragesimo, iuxta finem, & nota hunc casũ ꝓ practica quotidiana, quia sæpe potest contingere illis, qui repentino morbo arripiuntur, & sunt prope mortem, sic qui tota vita sua fuit in peccatis, si non petit, non soluitur, vide in praxi mea lo. cit.

Tertio quæritur, vtrum sacerdos vocatus ad audiendam confessionem alicuius ęgroti, qui propter aliquam legitimam causam dimidiauit confessionem, & postea infirmus ille morbo correptus, non potest perficere illam confessionem, si vocatur secundo ille Sacerdos posset absoluere illum ægrotum? Respondetur quod sic, etiam si non potest audire peccatum aliquod, vel signo, vel nutu, uel verbis, etiam si probabiliter sciret prę fatum ægrotum post confessionem illam dimidiatam patrasse aliquod peccatum mortale, modo appareant signa contritionis, ut quia petijt confessionem, procurauit confessarium, & apparet bene dispositus, secus verò si in secunda uice appareret indispositus, vel sine aliquo signo contritionis, quia modo non esset soluendus, ratio est, quia primo casu adest materia, in secundo vero non: hoc etiam tenent quidam recentiores, & bene.

Quarto quæritur, quomodo se posset habere Sacerdos, quando non potest audire totam confessionē pœnitentis, puta in bello, vel naufragio, in peste, vbi moriunt multi simul?

Respondetur, quod posset audire aliquod peccatum alicuius, & eum absoluere, & aliqd alterius, & sic de singulis, audito uno peccato vnius, vel singulorum aliquo, & ita absoluat, cum non vacet audire integras singulorum confessiones, & ita dicunt practicatum fuisse in bello granatensi in Hispania, licet Nau. in consilio decimotertio, de pœn. & remiss. videatur tenere oppositum, tamen magister meus, & multi dicunt, quod cōmunis est in contrarium, & dixi in dicta practica mea pœnitentiali, lo. cit.

Quinto quæritur, si quis habens decem censuras ecclesiasticas, vel totidem irregularitates, facit se absoluere, vel dispensare, ab octo, vel nouem solum, & postea recordatur fuisse decē, an teneat adire superiorē pro absolutione, vel dispēsatione reliquarū duarū?

Respondetur primo, quod si solū se fecit absoluere ab illis octo, vel nouem signanter, tenetur adire superiorem pro absolutione, vel dispensatione reliquarum.

Dico secundo, si se fecit absoluere ab illis octo, vel nouem signanter, & ab alijs quibuscū que quas forte haberet, vel dubitaret, ad cautelam, quod tunc non tenetur, nec adire, superiorem, neque procurare aliam absolutionem, ratio est, quia in illa generali absolutione compræhenduntur reliqua, glos. in clementina secunda, in uerbo, exprefsè, de præbend. Gomez. quæstione secunda, de trien. possessio. Glossa in clementina secunda, ver. quodcunque, de vita, & honestat. cler. cum alijs vulgatis, vide pro materia peculiari hac, Syluestr. ver. confessio primo, §. quarto, Angelus capitulo confessio primo, numero decimoquarto, Nau. locis citatis, Couar. practica. quæstionū, capitulo vigesimoquinto, num. 3. conclus. 3.

Sexto quæritur, si quis confiteretur alicui potenti absoluere à casibus reseruatis, & censuris, & dispensatur super irregularitatibus, & dum confitetur, non est memor alicuius casus reseruati, vel censuræ, vel irregularitatis, tamen ad cautelam se fecit absoluere ab his, vel dispensare, si postea recordetur se habere aliquam illarum, teneatur procurare absolutionem, vel dispensationem ab ea? respondetur quod non, quia per primam absolutionem, vel dispensationem, ille est verè absolutus, vel dispensatus, alioquin cautela illa, qua usus fuit faciendo se absoluere, vel dispensare ad cautelam, nihil operaretur, & verba debent aliquid operari, & maximè quando ponuntur pro forma, & si qs scrupulizaret, sufficeret ei petere absolutionem a quocunque confessario approbato ab ordinario, quia peccata illa iam sunt facta absolubilia, per illam absolutionem ad cautelam, Nauar. locis citatis, in capitulo primo, in principio, numero trigesimosecundo, de pœnit. dist. sexta, ubi dicit, quod si quis obliuiscitur peccatum aliquod reseruatum, etiam annexum cum censura, tempore quo confessarius habebat potestatem absoluēdi, euadit peccatum simplex, postea quando recordabitur. Nau. lo. cit. num. 70.

Septimo quæritur, si quis in Iubilæo confessus est peccata reseruata, & communicauit etiam, postea translacta hebdomada Iubilæi, recordatur alicuius peccati reseruati, possit absolui virtute Iubilæi?

Respondetur, quod sic, ratio est, quia prima confessio facta est uirtute Iubilæi, & ista secunda confessio nihil aliud est, quam perfectio, & conseruatio primę confessionis, & casus ille reseruatus euadit peccatum simplex, Angelus capitulo confessio decimo. *Sed* Nauar. in capitulo consideret, §. cautus, numero trigesimo, dicit hoc valere, quando in prima absolutione implicitè, & vniuersaliter fuit facta absolutio ex Paluda. in 4. 5. distinct. 18. col. pen. vel confessarius habuerit intentionem absoluendi ab omnibus necessarijs, Nauar. locis citatis, versi. ex quo infertur, & in consilio 10. de priuileg.

Octauo quæritur, quid agendum est, quando pœnitens esset hæreticus?

Rñdet primo, qd si hrsis eēt occulta, & ipse uere vellet resipiscere, vr qd tūc posset Eps eū absoluere, sac. Concil. Trid. sess. 14. cap. 6. de reforma. Flor. lo. cit. tracta. de casu reserua.

Dico secundo, quod licet ita sit de iure Sac. Concil. tamen hodie secus, nā nec Epi possūt absoluere

absoluere ab hæresi occulta, vigore potestatis decreti concilij, hoc enim reuocauit Pius V. Gregor. XIII. Lita Nauar. capit. 27. num. 172. Sym. Couar. & alij, & declar. sacr. Cógr. in manuscriptis meis, nu. 486.

Dico tertio, nec vigore diplomatum, vel Iubilæi possunt confessarij ab hæresi occulta absoluere, quamuis in eis detur facultas absoluendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicę reseruatis; etiã in Bulla Cœnæ Domini, ita Cou. in calama mater, §. 11. n. 15. & Sym. de cath. Instit. titulo 3. nu. 2.

Dico quarto, quod Sot. distinct. 22. quæst. 2. artic. 3. dicit posse confessarios absoluere hæreticum occultum in foro interiori, uigore Iubilæi, & diplomatis, ubi conceditur, put dictum est dicto tertio, & non solum occultum hæreticum, vetum & delatum, damnatum, & diffamatum, respicientem in eodem foro interiori, reseruata tamen auctoritate inquisitoribus procedendi in foro exteriori, & ad idem Syluest. uerbo excommunicatio septimo casu vigesimoprimo, & idem audiui a quibusdam prælatis fide dignis, practicari à Reuerendis Patribus Iesuitis, quod mihi uidetur satis probabile, nam nec Episcopis videtur ablata talis potestas per aliquam Bullam Papalem, nisi per declarationem Illustrissimorum Cardinalium, nec tempore Iubilæi, non videtur ablata confessarijs talis auctoritas, ubi repetiuntur verba illa pugnantia, ut etiam in Bulla Cœnæ Domini, &c.

Dico quinto, ego crederem, posse, exceptis hæreticis, declaratis, & denunciatis, prout Syxtus V. in suo Iubilæo de mense Decembris 1589. & Sanctissimus nr̃ Clemens VIII. in eodem mense Decembris anno 1594. & dixi in dicta pract. pœnit. capitulo decimo quinto, quæstione decimanona, & capitulo vigesimo secundo, quæstione quarta, licet etiam Cathe. Neapolit. folio 193. dicat omne priuilegium concessum Episcopis per dictum capitulum liceat, & omnia priuilegia concessa Religiosis, esse reuocata, per id quod concernit Bulla Cœnæ Domini, & citat in suam sententiam Illustrissimum Cardinalem Franciscum Toletum. ratio sua posset esse, quia in fine Bullæ Cœnæ Domini ponitur clausula illa generalis, videlicet, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, &c.

Sed ad hoc respondetur, quod per illa uerba Bullæ generalia, non videtur derogatum dicto decreto Sac. Concil. quia decreto concilij non derogatur, nisi de eo fiat expressa mentio, nec sufficit clausula derogatoria generalis, prout Ioan. de Sylua. tracta. de benefic. quarta parte, quæstione septima, numero quarto, prout dicam in cap. pensio, & Gomez. in capitulo primo, de constitutio. numero 178. c. Secũda regula est, & in quęstione quinta, columna secunda, reg. cancell. & citat Bald. in l. humanum, ca. de leg. & Archid. in d. cap. nam omnis constitutio conciliaris dicitur continere tacitam clausulam derogatoriam, & non dicitur ei derogari, nisi de illa fiat specialis mentio, & dicit quod totus mundus est huius sententiæ, & citat Felin. in cap. nonnulli, de rescript. facit, quòd notat eleganter Iason in l. postquam nu. 15. de pactis, ubi habet, quòd in generali derogatione, non intelligitur derogatum priuilegijs, & iuri speciali, tex. est in l. decurionibus, C. de silen. lib. 12. Bal. in c. 1. in fi. quo tempore miles in vsibus feud. & in c. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, col. 4. de const. & in c. cum ordinem, & ibi bonus tex. de rescr. col. penul. sed c. liceat Sac. Conc. Trid. sess. 24. quod est c. 6. de refor. est quodam ius speciale concessum episcopis, ergo ei non intelligit derogatũ, nisi de eo exp̃ssa fiat mẽtio.

Dico sexto, cum casus talis accideret tempore Iubilęi, confessarius debet consulere Episcopum, & ille consulere peritiores in hoc genere, si in hac materia non esset bene versatus, quia est morbus iste maximè contagiosus, Symon. lo. cit. titulo decimotertio, numero uigesimo secundo, & titu. 25. numero quarto, idem censendum est de alijs huius pessimæ farinæ, prout in praxi mea pœnit. eod. lo. q. 7.

Dico septimo, quod hoc potest comprobari a sufficienti partium enumeratione, nam casus iste hęreseos, uel est reseruatus Summo Pontifici in corpore Iuris Canonici, vel

Cœnæ Domini,continentur omnia prædicta,ergo possunt confessarij vigore diplomatum,& Episcopus per capitulum liceat,nam Nauar.capitulo decimo, de pœnitent. & remissione,numero tertio,dicit omnes casus Bullæ Cœnæ Domini includi in dicto capitulo,liceat.ad motiua verò Symon.respondetur,quod id non videtur aperte tenere,circa dictú capitulú liceat,sed dicit:sunt autem, qui putant,decretum illud abrogatum esse verbis generalibus Bullæ Cœnæ Domini,sed circa Iubilæum, & diplomata,id negat aperte,ex quo sumpsit Cathec.Neapolit.folio 293.& Nauar.in Manua. loquitur vigore diplomatum,& Iubilæorum,id non licere, idem Couarru.sacra verò Congregatio,declarat.434.in meis,censuit in hæc verba:Episcopus, nec inquisitor possunt absoluere ab hæresi hæreticum hominem neque in foro conscientiæ,licet hæc facultas a Concilio Tridentino tradita sit Episcopis;quibus omnibus,respondere posse arbitror,quando non acciderit casus necessarius(non dico periculum,vel articulum mortis,quia in hoc nulli dubitant,vt patet vulgarib. & ita habetur ex Nauar.consilio primo,numero 88.de constitut.& consilio 11.num.1.& 2.de priuileg.

Nono quæritur,an idem possit Vicarius generalis Episcopi, supposito,quod ad hoc habeat specialem auctoritatem?

Respondetur,prout inferius in capitulo Vicarius dub.primo,& Nauar. consilio primo, num.88.de const.nempe idem iudicium esse faciendum,quod dictum est de Episcopo.

Decimo quæritur, quid agendum est, quando confessarius inuenerit in confessione aliquem esse maleficum strigimagum,necromanticum,vel pœnitentem fere aliquem talem,vel hæreticum,vel ipsum pœnitentem esse hæreticum,vel legisse libros hæreticorum,vel interdictum,vel diuinatorem,ariolum,schismaticum,vel fautorem, & receptorem hæreticorum,vel similium personarum.

Respondetur breuitatis causa,quod de his omnibus, videndum est in dicta mea praxi pœnitent.capitulo 12.q.4.5.6.7.8.20.21.22.23.& deinceps.

Vndecimo quæritur,si quis animo adimplendi omnia contenta in Iubilæo,quod intendit lucrari illa hebdomada,in qua fit omnibus communiter, & decreuit feria quarta sexta,& sabbato ieiunare,& præstare reliqua,die lunæ,vel martis eiusdem septimanæ confitetur peccata sua,etiam reseruata,etiam censuras Papæ reseruatas, etiam in Bulla Cœnæ Domini,a quibus omnibus obtinuit absolutionem,& fortassis commutationem votorum,si postea iste non ieiunabit,nec adimplebit,quæ adimplenda erant in dicto Iubilæo,teneat absolutio,& commutatio? Respondetur,quod sic,sed non lucrabitur gratiam Iubilæi,secus verò,si quando confitebatur, non habebat animum adimplendi ea,ratio est,quia absolutio semel habita simpliciter tenet, ratio rationis est, quia forma id efficit,quod significat,Sot. quarto sent.dist. decimaquarta, quæstione 1.art.5. Nauar.consilio 12.de pœniten.& remiss.

Duodecimo q̃ritur,an E̅ps possit cõfiteri peccata sua Sacerdoti nõ ap̃bato ab ordinario

Respondetur,quod sic,quia concilium solum loquitur de Sacerdote volente audire confessionem sæcularium,& Episcopus cum dicatur esse in statu perfectionis,& sit in gradu maiori, & digniori, quam regulares, & regulares ipsi possunt confiteri Sacerdoti non approbato ab ordinario,prout patet in dicto Concilio Tridentino, sessio.vigesimatertia,capitulo decimoquinto,de reformat.ubi solum excipit sæculares, & dixi in praxi mea pœnitent.capitulo decimoquinto,quæstione secunda, conclusione quarta, & quæstione vigesima,& Nauar.in capitulo placuit,numero 52.de pœnitent. distinc. sexta,tamen hoc fallit,quando Episcopus vellet confiteri tempore Iubilæi, quia tunc expresse dicitur,ut confiteatur peccata sua Sacerdoti approbato ab Ordinario, Nau. consilio decimosecundo,de priuileg.licet Apostilla ibi uideatur dicere oppositum circa primum dictum,tamen hoc est uerius.

Tertiodecimo quæritur,quid agendum est confessario,vel Episcopo, cum repperit, vel habuerit pœnitentem,seu delinquentem irretitum aliqua censura Ecclesiastica?

Rñdetur primo, si excommunicatio ẽ episcopalis, pcurata ab ipso epo, & habita auctoritate cõfessarius absoluat eũ utẽs hac forma, auctoritate Dñi nři Iesu Chři, beatorum Apostolorũ Petri, & Pauli, & Reuerẽdiss. Epi N. mihi cõmissa, & tibi cõcessa in hac parte, absoluo te in primis a vinculo si est vna, vel a vinculis, si sunt plures, excõicationis, vel excõicationũ, q̃, uel quas inuenisti pp talẽ cãm, uel transgressionẽ, & testi tuo te, &c. similiter si excommunicatio esset Papalis, & esset occulta per dispositionem Sacri Cõc. Trid. sess. 24. capitulo sexto, de refor. quia censetur etiam tunc Episcopalis.

Dico scdo, si absolutio excõicationis esset facienda in eodẽ foro interiori dependente ab exteriori, de mãdato epi, ei hoc cõmittentis, tũc hæc seruare dẽt, primũ satisfactionẽ parti læsę, si opus esset, uel pignora, uel cautionem de satisfaciendo, secundum cum Psalmo Miserere mei, tertium percutere humeros, & alia iuxta notata per Nau. c. 26. n. 8.

Dico tertio, si absolutio excõicationis dẽt præstari in foro exteriori, tũc sunt hæc seruãda, primum satisfactio parti læsę realiter, & cũ effectu si sit faciẽda, & pęnitens est soluendo, vel cautio, uel pignora, prout supra, & potest pro ea pęna pecuniaria imponi, Sym. de Cath. Instit. tit. 22. num. 5. Fm iuramentum de parendis mandatis Ecclesiæ, & de similibus in postremum non patrandis: tertium, Psalmum, Miserere mei, quartum percutere humeros, quintum ea quæ ponuntur in Pontificali, c. cum desideras, cap. super eo, il secundo, de sentent. excommunicat.

Dico quarto, quod in vtroq; foro poterit vti alia forma, omissa ista, nam sicut in excõicando non datur certa forma, ita nec in absoluendo. Host. in sum. tit. de sent. excom. §. qualiter, n. 14. & §. in maiori, nu. 14. Nauar. cap. 27. num. 12. initio, Caiet. in sum. absolutio, Apostil. Io. And. in gl. d. super eo, in ver. forma, & poterit vti verbo, absoluo te, relaxo, rebenedico, uel alio uerbo simili, prout sup. q. 3. Flor. lo. cit. tract. de excom. art. 4. difficul. 9. sexto debet fieri corã notario, & testib. ad hoc ut possit pbari absolutio, qa excõicatus semel, semper præsumitur talis, nisi appareat contrarium, uel longi tẽporis bona conuersatio cum alijs personis, Couat. in c. alma mater, 1. par. §. 2. nu. 6. quando opus erit, cap. licet nobis, de sent. excom. glo. in ca. proposuisti, de cler. excom. si plura committerentur obseruanda in dicta absolutione, uel a Domino Papa, uel a sacra pœnitentiaria, uel a quocunque superiore, omnia sunt obseruanda, Nau. cap. 27. nu. 272. ver. eodem die, usque ad finem, intellige essentialia, & quæ dantur pro forma, & licet in absolutione ab excommunicatione requirantur multa, si tamen omitterentur, tenet absolutio, modo adsit uerbum absolutorium, vt absoluo, relaxo, rebenedico, remitto, indulgeo, & similia, Nau. c. 1. numero 55. de pœnitent. distinct. 6. similiter si omittatur satisfactio, tenet absolutio, licet male agat absoluens, Inno. in cap. cum ab ecclesia, num. 6. de offic. ordin. imò si excommunicatus confiteretur sua peccata, potest sepeliri in ecclesiastica sepultura, licet non satisfecerit, Bal. in Marg. Innocen. in uer. sacerdos, q. 2. hoc tamen intelligi quando non esset soluendo, sed si possit, tunc debet, uel ipse cauere, uel hæredes satisfacere, nam absolutio ab excommunicatione obtenta, ex falsa causa, valet Couat. in c. alma mater, 1. par. §. 11. nu. 14.

Quartodecimo quæritur, utrum episcopi possint pro absolutione a censuris ecclesiasticis aliquid accipere, uel exigere, & videtur, quòd non, ut patet Matth. cap. 3. & Actuum Apost. c. 8. & 4. Reg. cap. 5. & in toto tit. de Sym. tamen oppositum est uerius, quia pro profetia poterat capi pecunia, Mich. cap. 3. & num. 24. de Balaam, & episcopi peccata subditorum delinquentium, pecunia componebant, ut patet in c. presbyteri, de pœn. & in cap. qui subdiaconum, 17. q. 4. & in cap. parochianos, de senten. excommunicat. & ibi gl. in uer. satisfaciant, Couar. lib. 2. cap. 10. num. 8. var. resolut. & ita etiam Papa potest, & bene accipere pro compositionibus dispensationum, ut optimè probat Go. tract. de breuibus, num. 24. & 25.

Ad opposita respondetur, quod intelligitur pro ipsa manuum impositione, idest pro actu absolutionis, & dispensationis, quia id dẽt gratis dari, sed pro pęna, mulcta, pęnitentia,

& satisfactione pôt capi, quia est qd diuersũ ab actu absolutionis, & sic vidi practicari, & practicaui, & præsertim Beneuẽti 1590. Archiepiscopus accepit duo millia Ducatorum a quodam qui interfecerat quendam presbyterum, & hoc fuit tota Roma sciẽte.

Decimoquinto quæritur, an regulares per priuilegium, quod Maremagnum vocant habent facultatem absoluendi confitentes, a casibus Episcopis reseruatis?

Respondetur negatiue a sac. Cong. in decla. 428. in meis, in hæc verba, Regulares per priuilegium quod maremagnum vocatur, non habent facultatem absoluendi pœnitentes a casibus Episcopo reseruatis, uerum hoc intellige iuxta dicta superius, q. 1.

Decimosexto quæritur, an quis possit absolui per procuratorem ab excommunicatione?

Respondetur ex Inno. quod non. in c. cum desideret, & hoc regulariter, quia requiritur præsentia personæ, & solennitas, prout dictum est supra q. 13. si tamẽ iusta causa subesset, possit per procuratorem absolutio præstari, Argum. cap. quanto, 2. quæst. 5. Paul. Rom. tract. de pen. cap. 8. nume. 28. & 29. Caiet. in sum. in uer. excommunicatio, cap. 69. & Nau. cap. 27. numero 46. Syluest. uer. absolutio 3. num. 9. uer. quintum, quod non solum per pcuratorem, sed per literas, & non solum per literas, & procuratorem, sed etiam in absentia, quo ad formam animæ.

Decimoseptimo quæritur, si quis percusserit clericum cum lapide, & magna sanguinis effusione, siue liuore, & macula, an mittendus sit Romam pro absolutione?

Respondetur quod sic, c. peruenit, de sent. excom. nec excusat ętas, si excedat quatuordecim, nec patria potestas, si absq; patris præiudicio potest adire Romam, nec paupertas, si potest ire mendicando, modo alias fuerit solitus mendicare secus si non erat solitus, quia tunc posset Episcopus, Nau. consi. 24. de sent. excom.

Decimooctauo quæritur, an Episcopus per d. cap. liceat, possit absoluere, non solum a casibus Papalibus, sed etiam a contentis in Bulla Cœnæ Domini?

Respondetur affirmatiuè, Nau. consi. 10. nu. 3. uer. ad secundum, de priuil. exceptis derogatis, quem esse casum hæresis, ibi dicit, hoc intellige iuxta dicta superius, q. 8.

Decimonono quæritur, si quis fuerit excommunicatus propter debitum descendens ex delicto, vel ex contractu, & prope moriturus, si absoluatur a parocho, an possit sepeliri in loco sacro?

Rñdetur, qd sic, mõ hæredes prius caueant (ad quod possunt cogi) de soluẽdo debitum, & parochus potest hæc testificari, Nau. consi. 4. de sepul. & tactum est superius, q. 13. in fi.

Vigesimo qritur, an absolutio data ab Epo ordinatore, de qua hr in prin. ordinationis in pontific, prosit in illo actu ordinandis innodatis etiam, & non subiectis ipsi ordinãti?

Respondetur, quod sic, Nau. conf. 50. nu. 1. de sent. excom.

Vigesimoprimo absolutio ad cautelam a quo, quando, quo ordine dari possit, vide præter alios Couar. in cap. alma mater, 1. par. col. pen. & vltima.

Abbas:

PRIMO, vtrum Abbas possit alienare aliqua bona suæ Ecclesiæ, absque consensu Sedis Apostolicæ, vel Episcopi loci, in quo sunt sita illa bona alienanda?

Respondetur, quod non, Nau. conf. 5. de reb. eccle. non alien. nisi aliter in suis priuilegijs caueatur, quo ad Abbates sæculares, qui potius commendatarij dici possunt, potest practicari doctrina Nau. quia subsunt iurisdictioni Epi in cuius dięcesi sunt sitæ Abbatiæ, vel eorum bona, ut patet vulgaris, capitulo Abbatibus, 12. cle. 1. de reb. eccles. non alien. Couar. l. 1. c. 3. uer. his tandem, uar. resol. nisi consuetudo, vel exceptio aliter dicat, gl. ibi, in uer. Episcopi sui.

Secundò, quæritur, qua mitra possunt vti Abbates?

Respondetur, qd q ex cõsuetudine, vel priuilegio pñt uti mitra, pñt eã portare in pñsentia epi, nõ tñ pposã, seu pciosã, c. vt Apostolicæ; de priuil. li. 6. vbi hr, qd exẽpti pñt vti coram Episcopo mitra aurificata, tamen sine laminis argenteis, vel gemmis, qui

verò non sunt exempti planis, & vsus obtinuit, ut utantur mitra ex tela alba, & ita vidi practicari in multis concilijs prouincialibus, Afflic. in constitutione. hac lege, §. honorem notab. j. Abbates, ad hoc ut possint exercere Episcopalem iurisdictionem, & conferre ordines minores, prout in c. Abbatibus, sess. 23. Sac. Conc. Trid. & excommunicare sufficit, quod sint electi, Host. in sum. tit. de sent. excomm. §. nedum, nu. 5. quia Abbates licet consueuerint consecrari, prout in Pontificali, tñ sufficit vt sint electi a suis monachis, ita Addit. in sum lo. cit. litera C, & ita seruatur in praxi.

Tertio, Abbas Episcopalem iurisdictionem habens, est executor vltimarum voluntatū, Couar. in c. Ioannes, c. 1. & 2. de testam.

Abiuratio.

AN abiuratio inducat inhabilitatem ad beneficia ecclesiastica, & alia officia?
Respondetur, quod quis potest dupliciter facere abiurationem, primo, quando abiurat pro hæresi incursa confessa, probata, vel conuicta, & hęc inducit inhabilitationem; secundo quando quis abiurat pro hæresis suspectione, & hæc non inducit inhabilitatem, Nau. conf. 18. de hæret. & conf. 13. de prima habetur in c. 1. prima q. 7. & c. ad abolendum, de hæret. §. de hærede, de secunda habetur in d. ca. ad abolendum, §. qui vero, cætera de abiuratione, vide plenius, Sym. de Cath. Inst. c. 1. & Cast. lib. 1. ca. 24. & lib. 2. c. 2. de iust. hæret. punit.

Abbatissa.

PRIMO, an Abbatissa debeat esse virgo?
Respondetur, quod sic, si vult consecrari, ita Cap. Tolos. q. 29. Arch. in c. indēnitatibus, de elect. lib. 6. sed potest Episcopus dispensare, ut sit Abbatissa solum, licet non sit uirgo, gloss. ibi.

Secundo, electio officialium monasteriorum ad quem spectat?

Respondetur ex Sac. Cong. decl. 55. in meis, vbi censuit in hæc verba, electio officialium, qui administraturi sunt bona monasteriorū, spectat ad superiores monasterij, & ideo licet Episcopus sit eius superior, ipsi officiales eligere possunt.

Tertio, An officiales monasteriorum teneantur conseruare bona, Introitus, & census ipsorum monasteriorum, intus dicta monasteria?

Respondetur ex Sac. Cong. decl. 56. in hæc verba, officiales, electi pro administratione bonorum monasterij a superioribus eiusdem, possunt, prout ipsis magis expedire uidebitur, redditus ipsorum monasteriorum in loco conuenienti, etiam extra monasterium conseruare, & ab eisdem subministrare pro tempore necessaria ipsis monialibus.

Quarto, quia dictum est in ver. Abbatissa. 1. p. §. 7. de quietatione facta ab Abbatissa procuratori monasterij, &c. nunc adde quòd quietatio generalis illius nō extenditur ad res occultas dolo, prout præsumitur in rebus mobilibus, l. tres fratres, ff. de pactis, Iason in l. sub prætextu, nu. 2. vers. ego puto, de transact.

Adulterium.

PRIMO, coniugum alter committens adulterium perdit ius exigendi, etiam si sit occultum, & si facta sit separatio, siue diuortium, pp alterius adulterium ꝓbatū in foro exteriori, fit compensatio per alterius cōmissum in foro Dei, Nau. in cons. 1. de diuort.

Secundo, an vxor, quæ scit, vel per euidentiam, vel per cōiecturas virum adulterasse, possit tuta conscia separari ab illo, etiam si hoc non potest probari in foro exteriori?

Rñdet, ꝙ sic, prout dixi, in pract. mea pœnit. c. 22. q. 31. & habebit inferius, in ver. diuortiū, & Couar. inferius, nu. 2. & in primo casu uxor non solum perdit dotem, sed parafrenalia, & arras, Couar. de spons. 2. par. c. 7. §. 6. nu. 3 & adulter laicus pōt ēt puniri a Iudice Ecclesiastico, ut notat Couar. lo. cit. §. 7. nu. 20. in vlt. quod probat ex communi.

Tertio, adulterium, an probetur commissum una die, uel in uno loco p unū testem, & p

alium

alium testem probatur in alio loco,vel tempore?

Respondetur quod non,Capel.Tolos.quæstione 109. sed quando testes concordant in facto principali,& discordant in aliquibus circunstantiis,uide ibi Addit.in ver.contrarium,uide Azon in sum.lib.9.ad legem Iuliã,de Adult.Diaz pract.crim. canon. c.49. Couar.de spon.2.par.c.7.& 6.

Aduocatus:

PRIMO, An Clericus in minoribus, possit esse Aduocatus in causa criminali? Respondetur quod sic,sed si inde sequatur mors,vel mutilatio,fit irregularis,Nauar. cons.6. an cler.uel monac.

Secundò, Aduocatus,uel Procurator obligati ad defensionem causę, non uidentur obligati ad defendendum causam appellationis, Vide Gem.in c.fi.notab.1.de testi.lib.6.& pro primo citat Arch.pro secundo Io.And.quod nota in facto.

Alternatiua.

PRIMO,si quis habet beneficium,& postea assequatur secundum,per istam assecutionem uacet primum in mense Papæ,ualet alternatiua, & nõ posset illud cõferre eps?

Respondetur,quod si uacet in mense Papæ,nõ potest illud cõferre Episcopus,ideo sit cautus Episcopus,ut faciat cadere possessionem secundi in mense, in quo ipse potest conferre,alias non posset,Nauar.cons.18. nu.3. de præb. & idem obseruare debet Episcopus,quando priuat aliquem clericum beneficio, faciat cadere priuationem in mense suo,ad hoc,ut possit de illo ipse disponere,& sic ego practicaui, dum essem Vicarius Compze, quando priuaui quendam presbyterum canonicum in Archiepiscopali Ecclesia Compzana, propter residentiam non præstitam, & feci incidere illam priuationem in mense Archiepiscopi; nam alternatiua habet locum non solum,in uacationibus per obitum, sed per assecutionem secundi incompatibilis, per renunciationem,priuationem, matrimonium,contractum,& religionis ingressum.

Secundo à quo tempore incipit currere alternatiua Episcopi?

Respondetur,nisi postquam eam acceptauerit authenticam a datario,& fides eius acceptionis perueniat ad datarium, & mortuo Papa concedente, expirat quando datur ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, quia tunc durat usque ad nouam reseruationem per Papam successorem faciendam, Nauar. cons.31.numero 2.de præben.

Tertio, utrum Episcopi habẽtes alternatiuam amittant eam, si deinde habuerint indultũ a Papa cõferendi beneficia i omnibus mẽsibus, si cõferunt beneficia uigore indulti?

Respondetur,quod non, Caputaq.decis.309.1.par. ratio est, quia per indultum, quod est priuilegium particulare, & odiosum, non amittitur ius ordinarium,quod est ius fauorabile,ut patet.

Quarto,utrum Episcopi absentes gaudeant alternatiua?

Respondetur,quod non,nisi residentes.Pius V.bul.164.& 165.

Quinto,an dies termini computetur in termino in hac alternatiua, verbigratia Papa reseruat sibi omnia beneficia uacantia a die prima Martij, an contingente uacatione illa die poterit Episcopus conferre?

Respondetur,quod non,quia mensis currit totus utilis Papæ, nam per reseruationem regularem sibi semper reseruauit octo menses,per reseruationẽ alternatiuam sex, ita Nauar.d.cons.31.nu.4.de præben.quod nota pro fallentia illa,qua dicitur dies termini non computari in termino. Confirmatur,per ea quæ dicit Gemi. in c.cupientes, §. hac generali.ver.quarto an dies,in quo de elect.lib.6.& melius in c.si eo tempore,vers. quarto a quo,de elect.lib.6.vbi dicit reseruationem habere uigorem ab illo momento temporis, quo emanat reseruatio.

Alienatio.

Alienatio.

PRIMO, si quis alienauerit bona Ecclesiæ reseruato assensu apostolico, si, & quatenus opus est, prout passim solet apponi in huiusmodi cōtractibus, an valeat ista alienatio?
Respondetur primo, quod si alienatio est de permissis, prout in c. terrulas, 12. q. 2. & in solitis alienari in euidentem Ecclesię vtilitatem, non est opus illa clausula, si & quatenus opus est, nisi assensus ordinarij, prout dictum est superius in 1. par. ver. alienatio, §. 1. 3. 4. & 5. & si vero alienatio est de rebus, in quib. opus est beneplacito Apostolico, non potest mandari exequutioni, nec fieri traditio, nec alienatæ, vel permutatę, nisi prius veniat assensus apostolicus, alias incurreretur pœna, prout in extrauag. ambitiose, Nau. consi. 1. de reb. eccles. non alien. & ratio est, quia quousque ueniat assensus apostolicus, contractus est conditionalis, ita etiam Nauar. consi. 9. de empt. & vendi. & hodie in Regno dicta extrauagans est usu recepta, quo ad omnia, ita in practica cōiter seruatur.
Secundo, si quis legauerit centum alicui collegio, vel capitulo, cum hoc, vt singulis annis in perpetuum celebretur anniuersarium pro anima illius, an possit collegium siue capitulum illam pecuniam legatam diuidere inter canonicos, vel presbyteros pręsentes?
Respondetur negatiuè, sed debet conuerti in annuum censum, prout in clem. exiui, §. cúque annui census, quia debet seruari pro futuris presbyteris, per regulam qui sentit cōmodum, de reg. iur. & Matth. 5. in vinea Domini, &c. & per c. cum secund. Apost. de præb. Nau. consi. 8. de reb. eccl. non alienand.
Tertio, vtrum prælatus faciens incidere arbores fructiferas, & non fructiferas, sine cōsensu capituli, vel Abbas sine consensu conuentus, & absque causa necessitatis, sit ipso iure suspensus ab officio?
Respondetur, quod sic, clem. 1. de reb. eccl. non alien. Nauar. consi. 5. & 7. de reb. eccle. non alienan.
Quarto, pecunia, quando dicatur expensa in ecclesiæ vtilitatem, vel non in præiudicium successorum?
Respondetur, quod hoc dubium mouetur propter decretum sac. Conc. Trid. sess. 25. capite undecimo, de reform. nam ponamus quod canonici, vel rectores ecclesiarum cō cedendo terras, vel loca ecclesiæ alijs, & acciperent pecuniæ quantitatem, an hoc sit in ecclesiæ vtilitatem, vel successorum præiudicium?
Dico igitur quòd tunc dicitur pecuniam fuisse expensam in Ecclesiæ vtilitatem, & non in præiudicium successorum, quando emitur aliqua res perpetuo duratura, vel ædificatur aliquid ecclesiæ, vel pro reparandis edificijs minus vtilibus, vt fiant vtilia. vel pro colendis agris, vel quid simile, Innocēt. capitulo quod quibusdā, numero quarto, de fideiuss. & quomodo probet pecuniam fuisse expensā in Ecclesiæ utilitatē, & nō in prędiudicium successorum, uide Couarru. libro secundo, capitulo decimo septimo, numero tertio, uariar. resolutio. ad quod sint cauti emphiteutæ, & illi qui emūt bona Ecclesiæ, ut faciant emere aliquod stabile, uel conuerti in annuos census ex pecunia soluta, & numerata, ad hoc ne cogantur iterum soluere per successores.
Quinto, an consuetudo quòd res Ecclesiæ debeant locari proximioribus, finita locatione ab antiquis colonis sit utilis ecclesiæ?
Respondet quod sic, ratio est, quia conductores, & emphiteutæ innitūt ad meliorandū bona Ecclesiæ data eis occasione, & spe relocationis, Caputaqu. decis. 230. 1. par. imo ipsa consuetudo est conformis iuri cōi, & Beneuenti adest statutū confirmatū a Sixto V. imò potest cogi finita emphyteusi, ut confirmet emphiteusim hæredis descēdētib. a primis emphyteutis, & appellare ad superiores de iure Canonico, per gl. i cap. bonæ, de postulat. pręlatorum; Staphil. de litter. grat. fol. 143. num. 5.
Sexto, an beneficiatus locans ad vitam, vel ad aliquas generationes, vel ad longum tempus, vel i perpetuū aliquas domos, vel prædia Ecclesiæ bona fide, ob verā vtilitatē, vel

necessitatem

necessitatem Ecclesiæ, peccet mortifere, vel incurrat pœnas clementinæ primæ, & extrauag. ambitiosæ, de reb. eccl. non alienan. & aliorum iurium imponentium pœnas sine canonica sollennitate, & inconsulto Romano Pontifice?

Respondetur primo videri, quod sic per d. clem. & extrauag. tamen respondetur qd non, quia dictæ constitutiones loquuntur in præsumentes, ita Nauar. tract. de reb. eccle. non alien. num. 15. 16. & 17. facit quod dixi superius, §. 3. in opere maiori, conclus. 4. rō est, quia res quæ magis est damnosa, quam vtilis Ecclesiæ, potest alienari, c. temulas, 12. q. 2. Nau. in Gl. sum. 12. q. 2. nu. 3. ēt absque solennitatibus, facit q̄ dicit Caiet. in sum. verb. excōicatio, c. 64. & Nau. c. 27. nu. 101. per clem. 1. de priuil. Gom. in c. 2. nu. 50. not. 7. de const. lib. 6.

Septima, an Ecclesiastici, qui alienauerunt bona Ecclesiæ, possunt decenter reuocare alienationem?

Respondetur primo, videri quod non, per regulam, c. quod semel placuit, de reg. iur. li. 6. tamen respondetur, 2. quod possunt, c. magnæ sapientiæ, 22. q. 4. Nauar. lo. cit. num. 23. licet prius habilitari debeant a iuramento, ne sint periuri.

Octauo, an si ecclesia alienauerit rem sub contractu censitico, uel emphiteutico, vni, & ille postea alienauerit pluribus, an ipse solus teneatur soluere censum, vel canonem, an etiam illi, qui eam emerunt?

Respondetur, quod Ecclesia poterit petere censum, seu canonem a quolibet illorum, quia conditio creditoris non debet fieri deterior ex hæredum multiplicatione, l. 2. §. ex ijs, ff. de verb. sig. Nau. loco cit. q. 16. & odiosum est Ecclesiam habere plures patronos, prout dicitur de iure patronatus.

Nono, fructus indebitè percepti ex bonis Ecclesiasticis, male alienati, cui applicari dēnt?

Respondetur quod fabricę San. Petri de Vrbe, ita Pius V. bul. 121. quæ incipit, ex debito, & alia 113. quæ incipit exigit.

Decimo, an quando non licet fieri alienatio, possit fieri transactio?

Respondetur, quod non super re immobili Ecclesię sine solennitatibus, requisitis in alienatione, nec prælatus potest cedere liti, & causę, sine dictis solennitatibus, qn̄ actio est ad rem immobilem, Caputaq. dec. 106. & 318. par. 3.

Vndecimo, si sit aliqua res ecclesiastica immobilis, quæ nunquam fuit solita alienari, censuari, vel affictari, tamen similis illi fructifera fuit solita alienari, puta domus fuit solita alienari, turris, seu campanile, cęmeterium, seu Ecclesia profanata non, quia nondū erat profanata, & postea sic, uel per uisitationem Episcopi, uel ruinam, vel per desolationem, uel propter derelictionem populi?

Respondetur quod sic, qd a silēdicit Nau. in com. de vsur. q. 15. nu. 133. Argum. c. qd per nouale, de verb. sign. tunc quia modus loquendi pene oium est seruandus, l. hēo, ff. de suppl. leg. facit quod dixi superius, qd res inutiles Ecclę, pñt fieri vtiles p alienationē.

Decimosecundo, an episcopus possit impartiri auctoritatem permutandi possessiones, seu prædia vnius Ecclesiæ cum possessione alterius ecclesiæ?

Respondetur q̄ sic, c. vnico, de rer. permu. lib. 6. & ēt permurandi unam Ecclesiam cum altera duob. hñtib. illam, c. q̄situm, de rer. permut. Nau. cons. 15. de reb. ecc. nō alie. n. 2.

Decimotertio, q̄ritur qua praxi vtēdū i p̄stādo assensu ab Epo sup re ecclīastica alienāda?

Respondetur primo, si est de reb. solitis alienari, ita procedit, primo dat memorale, seu libellus, seu petitio Epo, quo petitur p̄stari ab ipso assensum, secundo Eps decernit capi informationem, qua capta, & uiso quod tendit in euidenté ecclæ utilitatem, interponit decretum, & præstat assensum, secundo si est de reb. non solitis, & impetratur a sede Apostolica breue, quod vocatur (si euidentem) solet committi ordinario, qui capta informatione, & viso, prout supra, interponit decretum, & nomine sedis Apostolicæ, tanquā delegatus ab illa, præstat assensum, ista praxis sumitur ex cōi stilo curiarum.

Decimoquarto, alienari prohibita, an possint, ad longum tempus locari, cum inter locationem

tionem,ac alienationẽ,ſit diſcrimẽ,tñ oppoſitũ eſt uerius cũ ꝓpriè alienare dicat, qui vtile dominiũ trãsfert Bald.poſt glo.c.1.in prin.§.noui vero,de his,q feud.da.poſſ. & ſic res Eccleſiæ,q alienari nequeũt,nec ultra trienniũ locari pñt.Couar.l.2.c.16. nu.2. verſ.ſcire etiã,uar.reſol.verũ hoc fallit in plato,locãte,ad longũ tps,& nõ alienãte, vt pp hoc nõ eſſet piurus,Cald.in c.cũ cõtingat de iur.iur.nec emphyteutã ꝓhibitũ,alio iure, ꝓhibetur locare ad longũ tps irreqſito dño,nã licet quo ad pęnã nõ ſit verũ, põt practicari,quo ad reſciſſionẽ cõtractus,Ale.cõſ.119.li.3.Pariſius ĩ ſcholijs ad Alex. niſi aliter caueat in cõceſſione emphyteuſis.ſimiliter ꝓhibitus alienare, põt hæredẽ extra neũ cõſtituere ei, & relinquere cauſa mortis,rem illam,quam inter viuos poterat alienare,vide inter cæteros Couar.in c.Rainaldus,nu.5.concluſ.1.

Decimoquinto,quia dictum eſt,res Eccleſiæ, non ſolitas alienari, non poſſe locari vltra trienniũ,hoc tñ fallit in illis,q nõ fructificãt,niſi ſingulo triẽnio,vel quinquẽnio, quia nec iſta pñt locari p nouẽ annos,vel p quindecim,ut qdã oliueta,mitteta,ſiluæ, caſtanearũ,q ſunt cęduæ,& nemora cędua,ubi cõductor tã p nouẽ annos, q̃ per quindecim,ſolum ter capit fructum,ita inter alios Couar.lib.2.c.16.nu.6.uer.tertio,var. reſol.

ANNVS SANCTVS.

ANNVS Sanctus, ſeu Annus Iubilæus,primo quando ortum habuit, ſcdo, qñ incipit,ſeu habere vim,tertio,q Indulgẽtię ſuſpẽdunt p celebrationẽ dicti Anni ſancti, quarto,qd lucratur,quinto,qd agẽdũ,vt lucret,ſexto,an pluries poſſet luctari,ſeptimo, diſcrimen inter annum ſanctum,& Indulgentiam plenariam,octauo,quando lucratur,in medio,uel in fine viſitationum Eccleſiarum.

AD PRIMVM,Rñdetur ex antiqſſima traditione hr Annũ Iubilæũ a Chri Dñi Natiuitate,ſingulo cẽteſimo Anno incepiſſe,& obſeruatũ fuiſſe,Io. Fregurgẽſis in tract. de Indulgent.q.6.Nau.tract.de Iubil.& Indul notab. 1.n 11. & cõprobat hac rõne, pro nũc,qa Indulgẽtia,& Annus Iubilæus includũtur in Sacramẽto pniæ, ſed iſta incepit a pdicatione euãgelica,ergo,& Indulgẽtia:ergo,& Annus iubilæus,q̃uis gl.i extrauag. 1.de pœn.& remiſſ.dicat ſingulo quinquageſimo Anno,à Natiuitate Chri fieri ſolitũ, & qd Boniſac.v111.decreuit ſingulo cẽteſimo,ductus fama cõi, qa ſic tũc tpis ferebat, pp alias rõnes,quas videas in d.gl.caſu 5.col.5.vbi Io.Monac. Gloſſator dicit ſe ex ore dicti Sũmi Põtificis habuiſſe viuæ vocis oraculo,cũ eſſet Cardinalis,& idẽ Nau.lo.cit. notab.7.nu.4.dicit cõtra Polidorũ aſſerentẽ Boniſ.v111.fuiſſe inuentorẽ dicti Anni Iubilæi,ſed potius renouatorẽ ait Nau.& introductorẽ, & hoc mihi pſuadeo hac rõne, nã cũ Eccleſia Dei fuerit ante p tercentũ fere annos ſub tirannib. & poſtea p multa ſæcula bellis,hæreſib.vaſtiſſimis,erat abolitũ fortaſſis a memoria hoium,hoc ſalubre inſtitutũ,& ſic Boniſ.v111.ſingulo cẽteſimo in extrauag.1.de pęnit.& remiſſ. Clemens v1.ſingulo quinquageſimo,extrauag.vnigenitus,Paul.11.& Sixtus 1111.ſingulo vigeſimo quinto,& ſic deinceps pſeueratur uſq. ad hodiernũ;nõ ptætermittã dicere, me audiuiſſe a prælatis fide dignis,qd Greg.x111. q apeuit Ianuã ſãctã Anni iubilęi, anno 1575.ſæpius dixiſſe,ſe uelle reducere annũ iubilæũ ſingulo decimoquinto anno,& hoc fortaſſis rationabiliter,cum ſatis abbreuiata, & debilitata ſit humana vita, uide Sot.4.ſ.21.q.2.art.1.col.6.

AD SECVNDVM,incipit a die Natiuitatis,uel die Vigilię,vt hr ex dictis extrauag. incluſiuè,ſed Nau.lo.cit.notab.24.n.2.dicit,qd Greg.x111.ait a primis ueſperis incluſiuè cũ añ veſp.aperiat porta S.& tũc cẽſet aperiri theſaurꝰ ecclę ꝓ tãti muneris largitate

AD TERTIVM,Reſpondetur,omnes indulgentiæ plenariæ, non autem aliæ gratiæ conceſſæ aliquibus locis,vel perſonis,ut notat Nauar.loc.cit.notab.28.nu.8.&notab. 33.n.1.& notab.25.nu.102.nec aufertur ptãs ordinariorũ,q eis cõperit a iure cõi, nec de iure Conc.Trident.per ca.6. ſeſſ. 24.de refor.nec indulgentiæ temporaneæ, i. p tot dies,

dies,dubitatur hic,qa dictum est,oēs Indulgentias plenarias suspendi,per annum Iubilæum,non solum eo transacto,sed ad beneplacitum sedis Apostolicę,ergo oēs Indulgentiæ,q̄ sunt ppetuæ,non durant nisi p vigintiquinque annos? Rñdet primo, ita res se hre,quia ppetuum,ēt verificat p decennium,vt patet vulgaris. Dices ergo decipiunt tot confraternitates,q̄ putant se hre tot Indulgentias,vt Corporis Chri, Rosarij, Cruciatæ,Corregiatorū,Cōceptionis,Trinitatis,Nominis Iesu,& aliç,hq. fuerunt concesse a Summis Pontificibus? Rñdetur secundo, q transacto anno Sancto Archicōfraternitates,q̄ sunt Romæ,a quib.dependent oēs mundi cōfraternitates, vt plurimū tanq̄ granciæ,& Protectores,& Generales regularium adeunt Summum Pontificē, & petunt earundē confirmationes,& sic confirmatis principalib.confirmatæ censent dependentes ab eis,per rōam accessorium,& subrogatus Dices cur Summi Pontifices vtunt verbis concedimus has in ppetuum valituras? iam rñsum est, q ppetuum verificat ēt spatio vigintiquinq; annorum,& ēt nos solemus dicere p octo dies ppetuos, ita Ioan. Damasc.de cātu Angelorū in sepultura Deiparæ p tres dies ppetuos in Serm. de dorm. Deiparę,sub fine. secundo,rñdet quod ppetuum dr elapso anno Iubilæi, cum Summi Pontifices facilius inclinent ad confirmandas Indulgentias iam cōcessas in ppetuum a suis pdecessoribus,q̄ temporarias,vel nouas concedere,prout dixi,in ver,pensio.tertio rñdetur quod suspendunt solæ Indulgentiæ plenariæ extra vrbem,non vrbanæ,sed cum dictum sit oēs fere Indulgentias orbis confraternitatum dependere ab vrbanis,illis non suspensis,nec suspendi vnr dependentes ab eis,sed solum illæ, q̄ sunt concessæ extra Ecclesias Romanas,aliquib.locis particularib.quod licet Naua. videat attingere lo.cit.nu.33.sup verba publicent,nu.7.tn ita audiui practicari. Dices ergo nō suspenduntur Indulgentię plenarię extra Vrbem,communicatę ab Vrbanis? respondetur,q sic durante Anno Sancto,& hoc rationabiliter,ad hoc ut Christi fideles,maiori cū deuotione,& lucro adeant Romam,ad fundamentum Apostolorum,& Prophetarum, & ad petram Ecclesię uniuersalis, Vide Nau. cons.17.de pœnit.& remis.

AD QVARTVM,rñdetur,quod lucratur Indulgentia plenissima,pro cuius intelligentia est notandū,relictis alijs,q Indulg.est triplex,plena,seu plenaria, plenior,& plenissima in Indulgentijs quotidianis,q̄ vulgo plenarię vocant,lucrat plena,& est illa, p q̄ tollit pęna iniuncta,uel iniungēda ,p peccatis cōfessis:plenior est illa,p q̄ tollit pęna tota,p oib.peccatis cōfessis,& ēt ,p mortalib.nō cōfessis debita:plenissima, p q̄ tollit pœna tota,debita ,p oibus peccatis ēt non confessis,ēt venialib.ita Nau. lo.cit.no.9.n.3.& 4.licet Sot.lo.cit nō admittat distinctionē hāc,sed dicit dici exaggeratiuè,q mihi non multū displicet,adeo q in Anno Sancto Iubilæo lucrat tertia.i.plenissima Indulg.vide licet remissio totius pęnæ,p oibus peccatis lętalib.ēt non confessis, etiam venialibus.

AD QVINTVM,Respondetur,ad lucrandum Annum Iubilęum,requiritur non solū, quod homo sit in gratia,sed ut actu confiteat peccata sua,communicet,& uisitet tot ecclesias,tot vicibus,quot a Summo Pontifice iubet,& sic sp quod Summus Pontifex iubet seruari aliquid,illud oīno est seruandum,alioquin nō lucrat indulgētia,Nau.lo.ci. notab.19.p totū.in lucrandis verò indulgentiis quotidianis,siue ppetuis, in quib. non dr de actu cōfessionis,vel cōionis,sufficit,vt sit in gra,q pōt fieri p solam contritionē.

AD SEXTVM, Respondetur,ex eodem notab.32.nu.4.ver.ex quo,quod qui incipit visitationem ecclesiarum,& putat male eas visitasse,potest repetere uisitationem earundem,& qui bene semel visitauit,adimpleuit omnia requisita,si vult iterum easdē peragere,potest iterum lucrari.

AD SEPTIMVM, Respondetur,quod discrimen inter Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium pctōrum? respondet primo ex Nau.lo.cita.notab.8.nu.3. quod se habet ut genus,& speciem,nam indulgentia est velut genus,& remissio peccatorum, velut species,secundo quod sunt idem,vt Mat.c.14.cępit iurare, & anathematizare,sicut interdum dicitur in quibusdam Canonibus,& Bullis,excōicamus,& anathematizamus,

zamus, quamuis hisce verbis, alia possit esse interpretatio, vel quia ponitur exaggeratiue, vel quia conuertitur, & pro vel, siue substantiuum cum adiectiuo, vt indulgentia plenaria sit adiectiuum, & remissio peccatorum substantiuum.

AD OCTAVVM, Respondetur, ex eodem loc. cit. notab. 1. super ver. durante, num. 38. & eod. notab. super verbo consequuntur, vbi dr, quod potest quis visitare ecclesias determinatas, in verbo, & finita visitatione confiteri, & communicare, & tunc lucratur Annum Iubilæum, & si hoc non fecerit in Vrbe, sed tantum Ecclesias visitauit, & post regreditur in patriam suam, hēt totum annum illum, pro spatio ad confitendū, & communicandum, in tantum, quod si vltimo anni die confiteatur, & cōicet, tunc lucratur Indulgentiam anni Iubilæi: quæ doctrina licet sit vera, vt a simili dixi, in ver. indulgentia, ex Sot in praxi mea pœnit. c. 10. q. 31. tamen vr̄ satis larga: Denique sic res se habet, quia in materijs istis moralibus, potius largè, q̄ strictè proceditur, hoc tn̄ fallit primo, in secundo anno, qn̄ annus Iubilæus fit extra Vrbem, nam in multis locis conceditur Iubilæum pro vno mense, alibi pro sex, & sic dico, q̄ quis hēt tempus per totum spatium mensis, vel sex mensium ad confitendum, & cōicandum, adimpletis prius tamē adimplendis: fallit secundo, nisi aliter Summus Pontifex statuerit, vt verbigratia, accedentes ad Vrbem, visitare habeant tot ecclesias, tot vicibus, ieiunare tot dieb. confiteri, & communicare in Vrbe, & finita visitatione, quia tunc ibi omnia essent adimplenda, alias non lucraretur indulgentia, vide Nauar. notab. 19. num. 11. & Gl. 9. in d. extrauag. 1. de pœnit. & remiss. & c. odia, quia sumus in fauorabilibus, & Nau. lo. cit. notab. 19. nu. 6. Sot. 4. sent. dist. 21. q. 2. ar. 3. col. 4. Hæc volui attigisse pro nunc br̄ sperans Deo adiuuante me facturum peculiarem tractatum de Anno sancto Iubilæo.

Angaria, seu perangaria.

PRIMO, quæ dicantur angaria, & perangaria, vide Innoc. in c. non minus, num. 3. de immun. eccl.

Secundo, an ecclesia teneatur ad angaria, & perangaria, vide eund. loco cita. nu. 4. & 7. & Afflic. in consti. iusti cultores, notab. 5. num. 5. vbi dicit, nec Ecclesiam, nec clericos posse sustinere angariam.

Archidiaconus.

PRIMO, ad Archidiaconum spectat examinatio clericorum, & prçficiendorum, & ordinare processiones, Host. in sum. tit. de off. Archid. §. & quod sit eius officium, ver. quædam uero, nu. 4. & tit. de sent. §. quos, nu. 4. nec obstat quod Conc. Tri. iubeat singulis annis in diœcesana synodo eligi debere examinatores pro examinādis prouisis de aliquo beneficio, vel de promouendis ad ordines ecclesiasticos, nam propter hoc non excluditur Archidiaconus, cui competit hoc de iure communi, & a iure antiquo non est recedendum nisi quatenus, &c. sess. 24. c. 18. de refor. & examinatores illi electi intelliguntur simul cum Archidiacono, cui de iure illud competit cumulatiuè.

Secundo, Archidiacono, vel quouis alio in dignitate posito, incidente in aliquam amentiam, vel morbum quo redditur inhabilis ab obeunda munia sibi attinentia, nō vacat eius dignitas, uel officium, seu beneficium, nec potest priuari illo. sed dandus est ei coadiutor, Nauar. cons. 1. de cler. ægrot.

Agnus Dei.

AGNVS Dei benedicti a Papa, non possunt depingi, neque miniari, aut venales proponi, Greg. XIII. Bulla 2. quæ incipit omni certe, sub pęna excommunicationis incurrendæ.

Apostata.

Apostata.

APOSTATA non est monachus, vel religiosius, qui transit absque licent a habi-ta, nec petita ad aliam religionem laxiorem. Imola in c. intelleximus, de ætat. & qua lit. in fi. Cap. Tol. q. 16. hodie secus per bul. Pau. 1111. de qua, & c. vide inferius, in ver. monachi, §. 6. vide Azon. in sum. lib. 1. rub. de apost.

Archiepiscopus, vel Metropolitanus:

PRIMO, Archiepiscopus, seu Metropolitanus incidit in pœnas sui suffraganei, si ibi delinquit in territorio ipsius suffraganei, Host. in sum. tit. de sent. excomm. §. quis valeat, num. 9. & dixi in versic. excommunicatio de causa materiali, §. ad quintum, vers. hinc oriuntur; nec potest vocari Archiepiscopus, antequam habeat pallium, ad quod impetrandum, vel requiritur præsentia electi, vel mandatum speciale, siue persona specialiter deputata ad hunc effectum, & quid significet hoc pallium, & quando, & vbi eo vti possit, & quod non possit alter Archiepiscopus illud alteri commodare, & quod Archiepiscopus si plures haberet Archiepiscopatus, plura eum oportet a sede Apostolica, vel a corpore Diui Petri Pallia impetrare, & cum moritur cum illis oĩbus sepeliri, vide pro his omnibus c. nisi, & ibi gl. in ver. nominis, cap. 1. cap. ex tuarum, cum similib. de auct. & vsu Pallij, vide Host. in summa eodem tit. Syluest. in verbo, Pallium: præterea nonnulli faciunt differentiam inter Archiepiscopum, & Metropolitanum, ex eo q omnis Metropolitanus est Archiepiscopus, sed non è contra, quia Metropolitanus dr̃ Archiepiscopus habens prouinciam, i. Episcopos suffraganeos; Archiepiscopus verò, qui illam, vel illos non habet, non potest nuncupari Metropolitanus, sed solum Archiepiscopus, facit c. 1. 21. dist. post initium ubi aliter Archiepiscopũ, aliter Metropolitanũ nominat: facit, c. scitote, 6. q. 3. Gemin. in c. si. vers. glossa secunda, de offic. ord. lib. 6.

Secundò. Archiepiscopus est iudex ordinarius suffraganei, Gemin. in c. 1. de offi. vic. lib. 6.

Tertiò. Archiepiscopus potest ponere edictum per totam prouinciam, quando esset casus suæ iurisdictioni competens, idem in ca. 1. notab. 1. de suppl. negl. prælat. lib. 6. vide Marinum Frezzam in tractatu de suo feudis, ubi ẽt potes hr̃e, quot Ep̃atus, & Archiepiscopatus habeat Rex Neapolis, in Regno Neapolitano, & quot Sũmus Põtifex.

Assistentes in Capella Papæ:

ASSISTENTES Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi in Capella Romano Pontifice, quæ nam habeant priuilegia, & exemptiones: vide Iul. 111. bul. 14. quæ incipit Romanus Pontifex, & audiui inter alia, quod possint testari causa mortis, usque ad summam duorum millium ducatorum.

Ars notoria.

ARS notoria dicitur illa, qua omnia quasi fiunt nota, & fit quibusdam obseruantijs, orationibus, & aliis rebus prohibitis, & est superstitiosa, & prohibita, quia ea media putant quidam posse scire omnia, licet apparenter aliquando virtute dæmonum aliqui uisi sint ea scire media hac arte, sed falso, Barthol. Sybil. spec. per. q. 9. 13. c. 11. 3. dec.

Secundo. Artis notoriæ libri omnes sunt prohibiti, per indicem impressum Romæ anno 1596. in litera N. incertorum auctorum libri prohibiti.

Ætas.

PRIMO quæritur, quomodo probatur ætas? respondetur primo, quod potest per librũ baptismi ecclesiæ parochialis, qui bene conseruatur in dicta parochia: secundo, ex testificatione patris cum iuramento, sicut ẽt filiatio probatur ex scriptura, & annotatione patris,

patris, Dec. in capitu. cum causam, colum. 3. ver. quarto fallit, de probat. Caputaq. decis. 314. I. p. vide in ver. matrimoniũ, dub. 14. licet speculator in tit. de test. §. 1. ver. gneraliter, & Alex. conf. 190. columna secunda, notab. 14. lib. 6. dicant patruum non posse testificari super consanguinitate nepotis, Caputaq. decisione 279. parte tertia, sed potest intelligi in præiudicium tertij, vel quando exciperetur, vel in re grauis momenti, idem Nauar. consilio octauo, de tempo. ordin. vbi dicit sufficere filio credere parentibus, de legitima ætate asserentibus.

Secundo quæritur, quæ ætas requiritur ad ordines ecclesiasticos? respondetur quod non sufficit ætas, prout in clem. 1. de æta. & qual. sed requiritur necessario ætas requisita à Sac. Concilio Triden. Sess. 23. cap. 12. de reform. quę tamen ætas sufficit, ut attingatur, etiam per vltimum diem, licet eum diem nondum excessisset. Nau. cons. 9. de tempo. ord. & in manua. capitulo 25. nu. 116.

Tertio, quæ ętas requiritur ad beneficia Ecclesiastica obtinenda? Respondetur prout in ver. beneficium, §. 1. uer. ad dignitates, & in uer. canonia, §. 2. & 3. & Conc. Trid. sessio. 23. c. 6. de refor. & sess. 24. c. 12. de refor. Vide Gem. in c. si eo tempore, ver. in ea gl. in fine de rescrip. li. 6. & in c. ex eo notab. 2. de elect. eod. lib.

Quarto, q̃ ętas reqritur in cõtrahẽdo m̃rimonio? r̃ndet, qd sufficit in fœmina nouẽ annorũ cũ dimidio, & in hoie decẽ cũ dimidio, & aliq̃n ex vrgẽtissima cã p̃t ante pubertatẽ c. 2. de spõs. impub. & ibi gl. Inn. & Pan. & Nau. cons. 4. de spons. impub. Cou. de spons. secunda parte, c. 5. per totum.

Appellatio.

PRIMO quæritur, an possit appellari a diffinitiua, sine causæ expressione? Respondetur, quod sic, hoc tamen fallit, quando appellatur in materia visitationis correptionis, & inhabitationis, vbi non licet appellare sine causæ expressione, Conc. Trid. sess. 13. c. j. de refor. §. in causis, Nau. consi. j. de appel.

Secundo quæritur, utrum sit uerum vndequaque illud dictum, quod in notorijs non detur appellatio? Respondetur quod sic, tamen potest appellari a declaratoria notorij, ita Nau. cons. 9. nu. 5. de sen. excom.

Tertio, quæritur ad quem debeat appellari, quando Episcopus uisitat, etiam tanquam Sedis Apost. delegatus, ad Metropolitanũ, vel ad Papã? r̃ndet, p̃ut in uer. visitatio, q. 3.

Quarto, quæritur, an sicut appellatio non suspendit excommunicationẽ, ita etiã non suspendat absolutionem? Respondetur quod non suspendit, seu impedit absolutionem, vt si quis dicat appello, ne absoluas talem, ratio est, quia non ualet appellatio a futuro grauamine, secus uero si opponeretur appellatio ex iusta causa, & ab absoluente admitteretur, quia tunc negotium transferretur ad superiorem. Innoc. in c. sacro, in fi. de sent. exc. & in primo casu, ille, q fuit absolutus a iudice, a quo manet absolutus quousque non reuocetur a iudice ad quem patet a contrario sensu, facit, c. qua fronte, de app.

Quinto quæritur interlocutoria q̃n possit reuocari? r̃ndetur primo, quod infra decẽ dies, patet vulgatis, secundo non potest reuocari, postquam iudex detulit appellationi, quia tunc causa deuoluitur ad iudicem, ad quẽ, capitulo cum appellationib. hoc titu. lib. 6. 3, nec post concessionem Apostolorum refutatorum, põt iudex a quo reuocare grauamẽ, Franc. in c. cum cessante, nu. 16. de appel. & ibi Panor. imò, neq. de consensu partium.

Sexto quęritur, an licet appellari a citatione? Respondetur primo, quod non, quando citatus est præsens, quia potest suum grauamen dicere, secundo, quando timet, potest coram honestis personis, tertio a citatione reali potest, quia est grauamen irreparabile, l. 1. §. quoniam, ff. de quæstio. Lanfranc. de appellat. num. 106. & quando est peremptoria, & breuiarentur dilationes, Caputaq. dec. 38. imò ab edicto posito pro electione, præsentatione, examinatione ad beneficia curata, & denunciationibus potest appellari, quia habent vim interlocutoriæ, Gem. in cap. fin. vers. sed nunquid, de elect. lib 6.

Septimo quæritur, quando committitur causa cum clausula omni appellatione remota, an possit appellari hac clausula non obstante, respondetur affirmatiuè, etiam si apponeretur a Papa, quando esset grauamen notorium, etiam post rem iudicatam, Host. & Abb. in c. pastoralis, colu. fi. nu. 14. de appellat. Capur Aqu. decis. 33. & ita dicit fuisse iudicatum Romæ in Rota, die 27. Nouembris 1551. Couar. pract. quęst. c. 10. nume. 5. uersi. 4.

Octauo, an confessus possit appellare, respondetur, quod non, & si appellauerit, & appellatio non fuerit admissa, potest tamen sententia exequi, Cap. Tolos. q. 176. & ibi Addit. facit, c. Romana, §. si autem, de appellat. lib. 6. & ibi gl. in uer. Io. And. & Archid.

Nũc quæritur, an detur appellatio ab excommunicatione, respondetur quod non, quia fert secum exequutionem, ut patet Vulgatis, & vt probat Cap. Tolos q. 298. & appellatio non suspendit excommunicationem, Addi. ibi. & si appellauerit excommunicatus ad Metropolitanum, non potest per eius curiam absolui, nisi prius iustificata causa appellationis quæ fit per visuram actorum, ergo prius superior debet inhibere, & præcipere, ut transmittantur acta, & postea iudicare, prout iuris erit, qa ad superiorẽ nõ deuoluitur iurisdictio, nisi prius probata causa vera, & legitima appeɫonis, ita Inno. pract. in c. per tuas, nu. 4. de sent. excomm. unde malefaciunt quidam Metropolitani, absoluentes ad cautelam appellantem, antequam inhibeant, ut non procedatur per aliquot dies, & transmittantur acta, ita Host. in sum. tit. de offic. deleg. §. & qualiter finiatur, & fac. Concil. Trid. sess. 13. c. 3. de refor. ubi prohibetur ad absolutionem appellantis non procedi, nisi uisis actis, intellige non dari appellationem ab excommunicatione, quo ad suspensiuam non tamen negatur quo ad deuolutiuam.

Decimo quæritur, quando iudex non tenetur deferre appellationi, an possit procedere in in causa? respondetur affirmatiuè, immo potest etiam excommunicare appellantem, & procedere in causa, non obstante appellatione, ca. solicitudinem, & ibi Franc. nu. 1. de appellat. & c. 1. & 2. ut lit. non. contest.

Vndecimo quæritur, qui iudex debet cognoscere, an sit deferendum, vel nõ appellationi? respondetur quod iudex a quo, quia si non defert potest puniri, prout in c. de priore de appellat. si defert friuole etiam potest puniri, c. fi. §. si vero, ver. si quis, 2. q. 6. gl. in cap. cũ appellationibus, de appellat. lib. 6. Couar. pract. q. c. 23. nu. 8. Maran. de appel. nu. 305. & si non defert, non ideo impeditur cursus appellationis, & tunc iudex ad quem iudicabit, an tenuerit appellatio, in c. dilectus filius, & ibi Franc. num. 77. & in c. ut debitus, de appella. Innoc. & Panormit. nam tunc iudicis ad quem est hoc definire, & cognoscere, & quod dictum est de episcopis, & suffraganeis erga Metropolitanos, idẽ de appellationibus quæ fiũt ab aliquo Archipresbytero exempto, ad episcopum viciniorem, quia iisdem terminis est appellandum eis ad Episcopum, ita fac. congreg. declar. 283. in meis.

Duodecimo quæritur, an possit appellari a quibusdam concernenti bus visitationem? respondetur quod à sententiis latis per ordinariũ, circa morum correctiones, non debet admitti appellatio ante diffinitiuam, vel vim diffinitiuæ habentẽ, nec si appellaretur ad Summum Pontificem, ita Pius IIII. bul. 17. quæ incipit de salute gregis, Conc. Trid. sess. 24. c. 10. de reform. ubi etiam, quæ ad visitationem fiunt extendit etiam si ad Sedem Apostolicam appellaretur, & si appellatur, appellatio ualebit quo ad deuolutiuam, non quo ad suspensiuam, prout pluries dictum est.

Decimotertio quæritur, an aliqua ciuitas possit appellare ab edictis, siue ordinationibus factis ab Episcopo, & maxime, quando in eis daretur satis breuis terminus, uel essent obscura, vel intolerabilia, uel innouarent, uel non procederent ex pura conscientia? respondetur affirmatiuè, ita Nauar. consi. 11. de offic. ordin.

Decimoquarto quæritur, clericus excommunicatus appellans ab excõicatione, contra se

se illata, confidens appellationi,& putans se habere iustam causam, interim celebrãs, si postea sententietur a iudice,ad quem,se malè appellasse,non est irregularis, gl.in ca. soler,de sent.excom.li.6.Nau.in relectio.c.nouit,de iudic.in 8.opposit. nu.35.hoc autẽ intellige cum grano salis,licet sit communis opinio,prout aliàs dictum est.

Decimoquinto appellare an possint regulares,vide in uer.regulares,§.6.& pôt appellari ab actu iudiciali,grauamen inferẽti,licet nõ fuerit interlocutoria,Gem.in ca.cordi. in 3.notab.de appel.li.6.sed iuxta Sac.Conc.Trid. dispositionẽ intellige de grauamine, quod per diffinitiuam non potest reparari.

Baculus pastoralis.

PRIMO, Baculus pastoralis quid significat per curuitatẽ illã superius positã? Rñdetur primo,qđ vel coertionẽ,siue castigationẽ,q̃ dari solet ab Epõ populis inobediẽtib. sicut pastor vtitur pedo ad reprimẽdas oues errãtes, scđo rñdetur,qđ significat Regnũ, sicuti enim reges utuntur sceptro,prout dictum est in uer. sceptrum, pro pace populorum,ita Episcopus pro auctoritate,qua utitur in salutem populi.

Secundo,eo vtitur Episcopus prædicando,& incedendo ad denotandum illa duo,c. disciplina,45.dist.c.nullus Episcopus,de conse.dist.1.tex.& gl. in c.vnico,in uer. propter historiam,& in ver.mysterium,& Inn.in li.1.c.62.ministeriorum missæ.

Tertiò,quare non vtitur eo Summus Pontifex, vide ibi tex.& gl.& Host.in Sum.tit.de Sac.vn.§.vlt.in ult.

Banniti.

PRIMO, quia multi Summi Pontifices fecerunt cõstitutiones cõtra receptãtes bannitos occultantes,iuuantes ad euadendum,fauẽtes aliaq; ministrãtes, & imposuerunt multas pœnas,& censuras,dubitatur,quinam sint,q incurrũt dictas pœnas, & censuras? rñdetur primo,quod cũ excõicatio nõ incurrat sine peccato mortali,c. nullus cum vulgatis,11.q.3.vel cõtumacia ẽt in re leui,gl.in d.c.duo,96.dies,& in uer. cõtumelia. hinc fit,quod solum illi,qui cũ peccato mortali pdicta faciunt, incurrunt, & ppterea pattes,filij, vxores,fratres,& huiusmodi cõsanguinei,vel affines, q occultauerint eos, aut eis cõsilium,seu ẽt pecuniam dederint ad aufugendum,& discedendũ a tenitorio, non incidunt,nec illi,qui fauent eis,non ad maleficia patranda,uel ad non in eis perseuerandum,nec ipsi;qui eos iuuant ad euadendum eo fine, vt melius conuertantur,& pœniteant, neque qui iuuant illos ad euadendum manus iustitiæ, sine scandalo, & violentia,vt pœniteant,neque parochi,vel religiosi,qui eos visitant,quando ægrotant, sed solum illi incurrunt,qui præsumptiuè receptant, vel iuuant eos ad maleficia operanda,vel in eis perseuerandum,Nauar.cons.21.de sent.excom.cap.duo ista, 23. quæstio.4.& idem censendum est de religiosis hospitantibus, seu receptantib. bannitos timore,necessitate,cognatione,vtilitate, charitate, nam non incurrunt pœnas, immo interdum merentur.Nau.lo.cit numero 55.similiter quando ponuntur pœnæ,& censuræ contra receptantes bannitos,non intelliguntur illi, qui aliquod delictum fecerũt semel,vel non publicè,vel diffamatoriè,sed perseuerantes in maleficijs,idem cons 22. & 23.loc.cita.nec qui auxiliatur eis tanquam egentibus vicinis christianis, & non vt bannitis,idem lo.cit.sicut etiam dicitur de receptantibus hæreticos,Caiet.in sum. de excom.c.1.& Nau.c.27.n.53.Cast.lib.1.c.16.17.de iust.hæret.punit.

Secundo,bannitus perpetuo est priuandus beneficio,ratio est,quia cum beneficio inseruire nequeat,potest eo iure priuari,Panor.in c.cum non homine,de Iudic. Rebuf.tit. de mod.ad mit.benef.n.57.& ita etiam censendum est de condemnatis perpetuo ad triremes.

Baptismus.

AN infans doli capax tenens aliquem in baptismo contrahat cognationem spiritualem? respondetur quod sic, similiter si puer teneat aliquem in sacramento confirmationis, Nauar. cons. 2. de cognat. spiritu. similiter, potest aliquis minor ætate, tenere maiorē natu in duob. dictis sacramentis, idem cons. 4. eo. ti. nec valet regula de adoptanti.

Pater tenens filiā in baptismo in necessitate, non contrahit cognationem spūalē, fallit in fornicatore, vel adultero, tenens filiū suum, quē habuit ex concubina, quia tunc cōtraheret, etiam in necessitate, idem lo. cit. cons. 5. & in manua. c. 22. num. 40.

Cognitio spiritualis contrahitur per procuratorē, & licet sit uaria doctorū opinio, tñ cōis inclinat, quia sic, hoc pōt introduci consuetudine, Nauar. cons. 9. loc. cit. Syluest. in ver. matrimoniū, 8. §. 7. ver. 14. Sot. 4. sent. dist. 27. q. 1. ar. 3. & dist. 42. q. 1. ar. 2. in fin. Ang. in ver. impedimentum, 7. nu. 14. & si dices compaternitas contrahitur per tactum, ergo non potest contrahi per procuratorem? respondetur, quod procurator tangit nomine sui principalis, & ideo probato tactu, probatur & compaternitas, Gem. in cons. 110. & 130. Caput Aqu. decis. 164. 1. par. & decis. 146. par. 3. & ubi non est tactus, non contrahitur compaternitas, idem dec. 286. par. 3. & valet argumentum de tactu in ordinandis, qui opus est, ut tangat instrumentum quo imprimitur character, Sot. 4. sent. dis. 24. q. 1. art. 3.

Barones.

PRIMO qđ dictū est, Barones nō debere soluere seruitia vassallorum iuxta taxam antiquam, secundum pretia præsentis temporis, vide quod notat Nauar. consil. 1. de iniu. & dam. dat. vbi dicit, quod uariatis tēporib. & pretiis auctis, circa panē, vinum, alia obsonia, & uestes, calciamenta debent ēt augeri salaria, seu stipendia militibus, & ita censendum est de uassallis a simili propter identitatem rationis.

Secundo, quæ differentia sit inter Imperatorem, Regem, Principes, Ducem, marchionē, Comitem, & Baronem, vide glo. in c. fundamenta in uer. marchio de elect. lib. 6.

Beneficium.

PRIMO, An Sede vacante Sanctissimi Papæ possint ordinarij conferre beneficia omnibus mensibus?

Respondetur, quod sic, durante vacatione Sedis Apostolicæ, Caput Aqu. decis. 86. tamen vide bul. Pau. II. quæ incipit Romani, & Pij IIII. quæ est 36. & incipit cupientes, vide in ver. Episcopus, §. 45. ubi habes bul. Pij V. quæ est 161. & incipit Sanctissimus, vbi reseruat sibi omnia beneficia uacantia, & vacatura, vacante sede Episcopali, & dubitatur, an ista reseruatio sit perēnis, an temporaria, & uidetur quod temporanea, quia ibi dicitur, dispositioni suæ reseruauit.

Secundo, an prouisio facta ab ordinario præualeat prouisioni factæ a Papa,

Respondetur quod, ubi eadem die concurreret prouisio Papæ solum, & prouisio ordinarii simul cum possessione ordinarij, præfertur prouisus ab ordinario simul cum possessione, secus si eadem die concurreret prouisio Papæ, & prouisio ordinarii, Caput Aqu. decis. 408. 2. par. capitul si a sede, de præben. lib. 6. Sylua. 3. par. quæst. 35. num. 5. si uero duo sub eadem data a Papa prouiderentur, vide ibi per multa, similiter si primo confertur alteri, secundo qui accipit possessionem, primus præfertur secūdo, Rebuf. de public. resignat. Glos. 18. num. 8. capit. si a Sede Apostolica de præbend. lib. 6. & capitulo duobus, & cap. tibi, qui de rescript. eodem libr. similiter censendum est de collatione facta a Vicario, & Episcopo eadem die, Rebuf. de form. Vic. numero 123. Calder. in capitulo 2. de offi. Vic. & consil. 7. de præbend. Sylua. 3. par. q. 16. in vlt.

vlt. & quæst. 15. nu. 4. sed quid, si stantib. duobus æqualiter & eodem tempore impetrantibus, & simul concurrentib. optio alterũ recipiendi relinquitur ordinario collatori, & sic non datur optio executoribus, in litteris, existentibus, nam sicut in duob. præsentatis à patronis laicis, datur optio ordinario, ita duobus æqualibus impetrantibus beneficium per rescriptum apostolicum, Gemi. in c. duobus notab. 6. & 7. de rescripti, lib. 6. quod nota fauore ordinarij, & ista licet sint vera, quo ad prouisionem faciendam an idem sit in prouisione iam facta, vt quia idem Papa contulit beneficiũ vacans duobus, an idem sit iudicium, an neuter prouidebitur ab executore, an optio ordinario Gemi. lo. cit. ver. quid si ista ex Io. And. dicit, quod neuter, sed Ioan. de silua tract. de benef. 3. p. q. 15. nu. 3. dicit Papam esse cõsulendũ, & Ioã. And. in c. si a sede de prob. lib. 6. dicit quòd mutuo, se impediunt quòd si sint pares in data, sed non in idoneitate? Respondetur ex Gemi. lo. cit. uers. quid si isti, quod electio minus idonei ualebit, quia sufficit quid sit bonus, tu tamen cogita super hoc quòd si vnus impetrantium, primum præsentat executori, & alius postea ante illum præsentat ordinario collatori, quis horum debet præferri? Respondet quòd qui ordinario, ratio est fauore ordinariæ potestatis: licet aliam rationem alleget Gemin. cum multis locis cit. versicul. an si vnus.

Tertio, an si quis habet beneficium reseruatum Papæ, vel alteri, ut puta collectorum, seu subcollectorum, vel familiaris habens beneficium, & illud resignat in manibus ordinarij, dicatur vacare in curia, uel an possit ordinarius vigore illius resignationis illud conferre?

Respondetur quod licet ordinarius, non possit admittere, vel quod possit admittere dictam resignationem, prout dictum est in ver. resignatio, per bul. Pij V. tamen collatio pertineret ad Papam, Rot. decis. 1. de rer. permut. in nouis, Caput Aqu. decis. 79. parte tertia.

Quarto, beneficiorum possessio à quo, & per cuius manus est capienda?

Respondetur, quod in Regno Neapolitano beneficiorum reseruatorum Sedi Apostolicæ possessio capienda est de manu Nuntii Apostolici in regno. Pius IIII. bul. 20. quæ incipit cupientes, & sic censeri debet de possessione capienda de omnibus beneficiis affectis, siue uacantibus, in mensibus Papæ, vel resignatis Romæ, cum sint Papæ reseruata, & sic currit practica, præsentantur bullæ Nuncio Apostolico, & ille scribit literas subcollectori, seu commissario diœcesis, ubi est situm beneficium impetratum a Sede Apostolica, ut uel relaxet possessionem prouiso, uel ipse ponat ipsum in possessione.

Quinto, beneficia a quibus impetrari non possunt?

Respondetur, quod non possunt impetrari ab eis, qui pro aliis impetrant, ut ab eis aliquid consequantur, uel ut ab illis pensiones habeant cum resignatione, & ultra priuationem illorum incurrunt excommunicationem Papalem, Paul. IIII. bul. 33. quæ incipit inter, & beneficia debito modo non collata ipso iure uacant, sed per illorum affines, & confidentes impetrari non possunt, Pius IIII. bul. 87. quæ incipit inter, nec a iudicibus causarum, uel eorum affinibus, uel familiaribus ipsorum, Pius IIII. bul. 20. quæ incipit, cupientes, nec beneficia patrum impetrari possunt a filiis presbyterorum, Clemen. VII. bul. 36. quæ incipit ad canonum, Concil. Triden. sess. 25. de reform.

Sexto, an beneficia possint uniri, diuidi, & perpetuo fieri temporararia, & manualia, præsertim concurrente patrono, si fuerint iuris patronatus?

Respondetur, quod beneficia possunt uniri, diuidi, & perpetua fieri temporia, & manualia, Nauar. cons. 9. de off. ord. cons. 2. de præscrip. hoc tamen debet intelligi cum causa, quia cap. 1. de iure patro. uidetur vrgere.

Septimo, an beneficio uacanti, cui non erat impositum aliqđ onus, possit Eps imponere

illud,& postea ita onustum conferre alicui cum illo onere?

Rñdetur,qđ si ...c.significatum,de præb.Nau.con.i.1.de rest.spol.n.10. Sylua.3.par.q.70.

Octauo,fructus beneficiorum lite pendente,ad quem pertinent?

Respondetur,ex bulla Pij V.quæ est 57.& incipit,cordi, vbi disponit,quod deponi debet apud personam a iudice eligendam,non obstantibus quibuscunque statutis disponentibus,quod capitula,& canonici percipiant eos.

Nono,si testator voluerit,quod bona sua distribuantur,& dentur sacerdotibus,pro missis celebrandis arbitrio suorum exequutorum ,an dicti exequutores possint eligere sacerdotes exteros,& illis distribuere,qui non sunt de loco testatoris?

Respondetur,quod sic,Io.And.in c.si pater,de testamen.lib.6. Cap. Tolos.quæstio. 128. mō(addo ego)sint approbati ab ordinario loci,prout dictum est superius in uer.benefi cium,§.1.ver.ad dignitates,conclusio.14.vide Nau.cons.9.de eff.ordin.

Decimo,an Missæ,quæ relinquuntur a quibusdā in legatis,veniāt appellatione bñficiorū.

Respondetur,quod non,cum sint ad nutum amouibiles,quia à solis laicis possunt prouideri,& sic potius sunt quædam seruitia,& missæ celebrandę in dies, ut solet vulgo de missis votiuis,xxx1.& xxxx1.vide Nau.in consi 5.de præben.& consi.8 num.7. & 8.& sic non cadunt sub spolijs,etiam si excedant summam taxatam in Bul.Pij V.qa non ueniunt istæ capellaniæ,pro celebrandis missis appellatione proprietatum capellaniarum,etiam si a testatore nōientur capellaniæ,vel beneficia ecclesiastica, non posse fundari,nisi accedente voluntate Episcopi,cap.nemo,de cons.dist.1.prout Nau.lo. cit. & sac.Congreg citata superius,conclus.14.& gl.in clem.1.ver.de decim.nam licet capellaniæ,& aliorum seruitia,veniant appellatione beneficiorum,Io.de Sylua.tracta. de benef.1.p.q.3.num.10.Gomez.in reg.de infir. resignan,q.23.tamen hoc debet intelligi,quando dantur in titulum,secus uero quando dātur in stipendia annua, vt officientur,seu celebrentur quadam missę in aliquibus altaribus,Gem.qua st.10.de ann. poss ff & q 4 de exprim.val.benef.hinc malè agunt commissarij Apostolici, seu sub collectores,qui exigunt introitus,siue potius eleemosynas dictarum missarum, durante vacatione per obitum capellanorum,seu sacerdotum,qui illas celebrabant,nam ex illis eleemosynis dicti commissarij,seu subcollectores implent suas bursas, seu marsupia,& missæ non celebrantur,& sic defraudantur animę illorum, qui eas relinquunt suis debitis suffragijs in damnationem dictorum commissariorum,sed locorum ordinarij debent in hoc prouidere,alias habebunt Deum vltorem,cum ipsi ordinarij sint suarum voluntatum exequutores,prout iuribus vulgatis,& Sac.Conc.Trident. sessio. 22.cap.8 & dixi in ver.legatum,§.8.9 & 10.nam tunc capellaniæ veniunt appellatione beneficiorum,quando cum authoritate Episcopi,fuerit fundata aliqua capella, cū celebratione vnius,vel plurium missarum,& tunc veniunt sub spolijs,glo.cit.in d.clement.secus uero,quando aliquis legauerit aliquas missas celebrandas in aliquibus altaribus,& hoc nota pro practica quotidiana.

Duodecimò beneficium,an dicatur regulare, eo quod vnitum sit monasterio regulari?

Respondetur negatiuè,nisi vel per litteras vnionis,vel per consuetudinem perscriptam, factum fuerit regulare,Nau.consil.11.de stat.monac.nu.4.facit,c.cum de beneficio, de præben.lib.6.& quæ dixi,in ver.beneficium,§.1.conclus.5.

Decimo secundo beneficia,quomodo censentur sæcularia,vel regularia?

Respondetur,ex Nau.consil.3.de præbend. quod regulariter omnia beneficia censenda sunt sæcularia nisi ex fundatione,vel ex electione illorum statutum fuerit, vt sit regulare,& reputatur eis per regulares,vel per quadraginta annos continuos fuerint possessa a regularibus tanquam regularia, Phil.Franc.in d.c.cum de beneficio,iuxta finem,de præben.lib.6.Stap.h.folio 27.num.4.

Decimotertio,quænam dicantur beneficia conformia ad hoc, vt possit sciri regula illa, qua cauetur,ne quis possit obtinere duo beneficia conformia sub eodem tecto?

Respon-

Respondetur ex Nau. in consi.16. de præben. quod illa dicuntur conformia, quæ sunt instituta ad vnum, eundemque finem, ad eadem munera, & ad faciendum vnam congregationem, vt si quis uellet habere in una Ecclesia duos canonicatus, vel missam celebrandam in vno altari, & eandem cantatam, vel in eodem altari, duas missas vnico die celebrandas, secus uerò si quis haberet multas missas separatim tamen celebrandas in diuersis altaribus, licet in eadem Ecclesia, vide in uer. conformitas.

Decimoquarto, vtrum onera, & conditiones appositæ in aliquo beneficio a fundatore possint temporis diuturnitate, vel præscriptione tolli?

Respondetur, quod sic, ita Nau. consi.1. de præscrip. ubi exemplificat in duabus capellis, vbi fuerunt fundatæ duæ missæ, cum aliquibus alijs oneribus, in quibus postea lapsu temporis, non celebrabatur nisi vna missa.

Decimoquinto, quænam seruare debeant impetrantes beneficia consistorialia?

Respondetur, vide Leon. X. bul. 44. quæ incipit cum Syxtus IIII. & Adrian. vj. bul. 4. quæ incipit cum dudum, & Clem. VII. bul. 3. quæ incipit cum dudum, & impetrantes beneficia in Romana curia, uid. bul. Iul. III. quæ 4. & Iul. III. quæ est 33. quæ incipit sanctissimus.

Decimosexto, beneficia vacantia per hæresim, ad quem spectant, vt conferantur?

Respondetur ad Summum Pontificem, etiam si sunt iurispatronatus, si patroni non presentant intra legitima tempora personas idoneas, Pius V. bul. 29. Greg. XIII. bul. 68. hoc intellige, quando beneficiatus fuerit hæreticus, quia si patronus esset beneficiatus, tunc licet non confiscatur, fit tamen liberum Symanc. c. 9. nu. 96.

Decimoseptimo, quæritur, vtrum beneficia vacantia reseruata Sedi Apostolicæ semper remaneant affecta?

Respondetur, quod sic Pau. III. bul. IIII. hoc tamen intelligitur, prout dictum est in ver. beneficium. § 2. conclu. quarta, nempe quod ista reseruatio fuit temporanea.

Decimooctauo, quæritur, beneficia recepta in confidentiam, an vacent ipso iure?

Respondetur, quod sic, Pius IIII. bul. 209. & sunt reseruata Sedi Apostolicæ, idem ibidē Pius V. bul. 87 & fructus percepti spectant ad Reuerendam Cameram Aposto. Pius IIII. ibidem.

Decimonono, si non constat, an sit sæculare, uel regulare, quomodo debeat præsumi?

Respondetur, quod potius sæculare, Rebuf. tit. quomodo confer. sit benef. numero 3. similiter si dubitatur, an sit ecclesiasticum, vel profanum, præsumitur potius ecclesiasticum, idem titu. quot sit, & quod modis, dic. benef. numero 8.

Vigesimo quæritur, si Episcopus non confert beneficium infra semestre, prout iuribus vulgatis, an possit Archiepiscopus, ad quem fit iure deuolutio, concedere dicto Episcopo, vnum, vel duos alios menses ad conferendum?

Respondetur, quod sic, modo ipse Episcopus conferat iure Metropolitico, & non suffraganeo ita Rebuf. tit. de deuol nu. 30.

Vigesimoprimo quæritur, si aliquod beneficium reperiatur vnitum monasterio, non ideo debet censeri esse regulare, nec Vicarius perpetuus?

Respond. ex Nau consi. 11. nu. 4. de stat. Monac. nisi in limitatione, de qua sup § j. ver. 5.

Vigesimosecundo quæritur, si quis accipiens secundam parochialem, non relaxata prima, prout in extrauag. execrabilis, Io. 22. an de dicta prima, quæ ipso iure vacat, potest Ordinarius prouidere, si aliàs sibi illius collatio contingebat?

Respondetur ex Nau. consi. 12. nu. 12. & 14. de rescrip. quod sic.

Vigesimotertio, beneficium habens habitu, non actu curatum non tenetur, cap. licet canon. de elect. in 6.

Respondetur ex Nau. consi. 13. num. 1. de elect. vt verbigratia, qui habet nunc beneficiũ carens populo, quod antea erat curatum habebatque populum, sed adueniente actu teneret infra annũ promoueri, imò stante habitu, & non actu, pôt illud habere clericus.

Vigesimoquarto, an Episcopus possit conferre beneficia, extra diœcesim suam existens?

Rñdetur, quòd sic, ita etiam suus Vicarius, si habet ad hoc spãlem auctoritatem, ita Gem. i c. fin. ver. sed an Vicari⁹ de off. Vic. li. 6. & citat Rotã i hac sñiam. hoc intelligere q̃n solũ hoc posset facere p iurisdõnẽ voluntariã sine cõtẽtione. i. figura iudicij i cõtradictorio.

Blasphemia.

Blasphemantium pœnæ, si diues, prima vntiarũ quadraginta, si paup, decẽ, si non est soluendo, luat in corpore: scda vice duplicetur pęna, & infames, & incapaces ad beneficia, & officia, & dignitates, pauperib. lingua psodiatur, tertia vice triplicatur pęna, si sunt soluendo, pauperibus fustigatio, vide Afflic. in const. inconsutilem, num. 48.

Bona.

PRIMO, iurisdictio, etiam temporalis, pertinens ad personã Ecclesiasticam vsurpare incurritur excommunicatio bullæ Cœnæ Domini, Nau. cons. tertio, de immun. Eccl. facit Conc. Trid. sess. 22. c. 11. de reform.

Scdo, fructus bñficiorũ nõ subsunt laicali ptãti, Nau. lo. cit. cõsil. 3. & sunt immunes ab oi onere laicali, Syluest. in ver. Ecclesia, primo, §. 5. initio in ver. gabella scda, nu. 8. ver. excõicatio 9. q. 13. Couar. li. 1. c. 4. nu. 2. & 3. variat. Nauar. c. 17. nu. 201. Rebuf. de form. con. & paup. nu. vlt. & prædicta bona, & fructus sunt immunes ẽt si vẽdantur, ẽt si donentur, idẽ cons. 4. eod. tit. Afflic. in multis locis const. regni, & nõ solũ p reb. bñficialibus, sed etiam pro rebus patrimonialibus in const. apostatantes, c. 28. nu. 20. tã in collectis, quam in gabellis, vide in repertorio, in ver. Clericus. tertiò. appellatione bonorum ecclesię compræhendunt bñficia sua, ita Gem. in c. sciãt cũcti, notab. 8. de ele. li. 6

Bigami.

PRIMO, Bigamia est triplex, uide Host. inter cæteros in sum. tit. de big. s. vera, similitudinaria, & interpretatiua: vera est q̃n quis duxit duas vxores; interpretatiua, q̃n vnicã, sed uiduã, vel corruptã: tertio q̃n aliquis insignitus ordine sacro, vel voto solẽni castitatis cõttahit mrĩmonium, uide pro hac materia fusius Syluest. in uer. bigamia, Astens. li. 6. tit. 7. Sot. 4. sent. dist. 27. q. 3. art. 1. Sum. Sacra. q. 26. Nau. i Manua. cõfes. c. 27. n. 195.

Secundo, quis põt cũ bigamo dispensare? Rñdetur quod Eps vsq. ad minores ordines, Host. lo. cit. in ult. & intellige inclusiuè propter rationem, quam ipse affert, vide inferius i uer. irregularitas, §. 17. ad maiores aũt, & ad curata bñficia, solus Papa dispẽsat.

Tertiò, Episcopus põt dispẽsare cũ bigamo similitudinario, si cõtraxerit cũ virgine, Ioã. de Sylua. tract. de benef. 4. p. q. 7. nu. 8. ver. 13. & 14. c. sanè, il secũdo, & ibi gl. de cler. cõiug. Gom. tract. de breui. nu. 20. & 21. Staph. de sign. grat. fol. 134. nu. 8. & 9. Nau. ca. 27. nu. 195. & facilius dispensatur cũ laico bigamo, q̃ cũ clerico, Nau. cons. 2. de bigam. cętera vide in Doct. intellige quo ad sacros ordines vsq. ad presbyteriũ inclusiuẽ, c. 1. qui cler. vel vouen. Sylua. lo. cit. nã de minorib. & in alijs duab. speciеb. bigamiarũ põt dispensare, prout patet superius, §. 2. intellige quo ad vsus, siue quo ad executionẽ ordinũ susceptorũ, nõ quo ad ordines suscipiẽdos, Nau. lo. cit. notab. 6. sed tu uide locũ citatũ in 1. p. Sed hic est difficultas, nã bigamia est quędam species irregularitatis, & irregularitas publica non est dispensabilis per Episcopum, prout patet ex Sacro Concil. Trid. Sess. 24. c. 6. de refor. immo ista bigamia similitudinaria parit suspitionem hæresis, put superius in uer. casu, in quibus, §. matrimonium contrahentes: nisi dicas, quod tunc potest Episcopus cum similitudinaria bigamia, vsque ad presbyterium, & cum vera, & interpretatiua dispensare, prout dictum est superius, ad minores ordines, q̃n esset

occulta,

occulta,ad hoc, ne videatur diſcedere a practica ſacri Conc.& a iure cõi, tamen his nõ obſtantibus,dico qđ poteſt,etiam ſi fuerit publica,nam ſacrũ Conciliũ non abſtulit Epiſcopis poteſtatem,quam prius habebant per ius commune, immo eis voluit ampliare auctoritatem concedendo,ut poſſint diſpenſare ſuper omnibus irregularitatib. occultis,excepta,& capitulo nam prius ſolum poterant ſuper quibuſdam irregularitatibus nominatis,& non in omnibus, ſed de iure communi poterant Epiſcopi ante cõcilium diſpenſare ſuper his tribus ſpeciebus bigamiarum,modo,quo ſupra,ut patet in dicto capitulo primo,& ibi gloſſ.in uerſicul. diſpenſatione, qui cler. vel vouen.& in capitulo ſanè,il ſecundo, & ibi gloſſ. in uerſicul. indulgentiæ, de cler. coniug. Diaz pract.crim.canon.c.74.Staphil.de litt.grat.fol.134.nu.8.& 9.ergo nũc etiã poſſunt.Ad obiecta iã eſt reſponſum,quo ad primum,quo vero ad ſecundũ reſpondetur, non ſequitur parit ſuſpitionem hæreſis,ergo Epiſcopus non poteſt diſpenſare,quia ſuſpitio euacuari poteſt ad merita cauſæ,

Quarto.Bigamus eſt nudatus oĩ priuilegio clericali,& nõ põt ferre tõſurã,nec habitũ clericalẽ c.unico hoc ti.li.6.ſed hoc vr̃ repugnare his,q̃ dicta ſunt ſuperius §.2.& 3. vbi dr̃ poſſe Ep̃m diſpẽſare,vt bigamus poſſit accipere minores ordines? R̃ndetur,ꝙ textus intelligit de clericis in minorib.conſtitutis,iſti ſi ducãt duas uxores,nũ gaudẽt,ſi uerò dũ eſſet laicus duxit duas vxores vel vnicã ſed corruptã,& poſtea voluerit promoueri ad minores ordines,tunc poteſt Epiſcopus cum eo diſpenſare, vt recipiat minores ordines,poſt mortuas duas illas vxores,vel illam vnam,& corruptam.& tunc gaudet vtroque priuilegio.ſed quid ſi clericus ille conſtitutus , in minoribus , ducat duas, vel vnicam , & corruptam, illis,vel illa mortua, vallet clericaliter viuere gaudeat? Reſpondetur quòd ſic,prout dictum eſt in c.1.in ver.clericus §.13.& tex.loquitur viuentibus vxoribus,quia tunc non gaudent vel poteſt dici,& melius,quòd non loquitur de duabus primis ſpeciebus bigamiæ,nos verò de tertia,licet de duabus etiam poſſit teneri,poſſe Epiſcopum diſpenſare,prout dictum eſt.

Bullæ.

PRIMO,An ſola ſupplicatio probet titulum.
Reſpondetur,quod ſola ſupplicatio probat titulum auctoris, Aegid.deciſ.112. Cald. deciſ.8.nu.8.Gom.q.7.nu.6.de non iud.&c.Caput.Aqu.deciſ.235. & 301. 3.par.

Secundò,quando ſunt ſuſpectæ de falſo?

Reſpondetur,quod tunc reputantur ſuſpectæ, quando non reperiuntur in regiſtro bullarum,& pro hac materia bullarum ſuſpectarum,vide Caput Aqu.deciſ.74.& infra.

Tertio,quando Epiſcopus,poſſit retinere fructus primi anni alicuius beneficij, ſeu ſibi illos attribuere,pro datione poſſeſſionis, ei qui legitime prouiſus eſt?

Reſpondetur,quod non.Sac.Conc.Trid.ſeſ.24.c.14. de refor. & ſac. congreg.declar.422. in hæc verba, Epiſcopus non poteſt primi anni fructus alicuius beneficij ſibi retinere, ſeu attribuere pro datione poſſeſſionis ei,qui legitime prouiſus eſt.

Quarto,annata,ſeu medii fructus,an poſſint exigi a beneficiis,ubi viget, conſuetudo?

Reſpondetur quod ſic,extrauag.ſuſcepti,de elect.Io.22. Nauar. conſilio 3. de Symon.

Quinto,an ſecretarius Epiſcopi,vel Cardinalis, poſſit ſcutum unum accipere pro ſubſcriptione bullarum,earum regiſtratura,& aliud pro ſigillo.

Nauar.reſpondet negatiuè,in conſ.2. de Symon. ſed non negat aliquid poſſe accipit pro ſcriptura ipſarum,quod parum poteſt eſſe,quod meo quidem iudicio, non excederet valorem quatuor,vel quinque catlenorum,quod videant ordinarii,nam uidi,& uideo hoc ab eis non obſeruari, & ſic puto eos non euitare vitium Symoniæ, ut per multa probat Nauar.loc.cit.ſed poteſt capere medietatem fructuum beneficiorum primi anni,vbi adeſt rationabilis conſuetudo,Nauar.conſi. 3. de Symon. prout dictum eſt ſuperius.

Sexto,

Sexto, Bulla Cœnæ Domini, an possit prohiberi ab aliquo Principe, uel ab eius officialibus, siue republica, ne in suo dominio publicetur, quæ tamen consueuit legi quolibet anno in ecclesiis cathedralibus, die Iouis sancta?

Respondetur, quod non, ita Nau. per longam disputationem in cons. 1 de for. compet. & an in eandem bullam incidant impedientes exequutionem litterarum Apostolicarū, vide in ver. literæ Apostolicæ, nec sunt absoluendi Regij consiliarij, uel iudices, qui bullam præfatam supprimunt, vel prohibent publicandam, idem cons. 1. nu. 55. de consti. & quod dictum est de Bulla Cœnæ Domini, idem censendum est de prohibentib. alias quascunque scripturas, tam generales, quam particulares, aut speciales idem ibidem.

Septimo, bullæ beneficiorum, an probent collationem beneficij, si sunt factæ a notario, cum eius sigillo, licet non adsit subscriptio Episc. similiter, si fuit facta ab Episcopo, idest a suo secretario, cum sigillo Episcopi, tamen absque subscriptione Episcopi?

Respondetur ex Nau. cons. 1. de fid. instru. quod sic, & collatio pōt probari per testes etiā sine alia scriptura, decis. Rot. 38. de prob. in antiquis, Couar. pract. q. 9. c. 12. num. 9.

Brachium sæculare:

PRIMO, dubitatur quot modis possit Iudex ecclesiasticus implorare brachium sæculare?

Respondetur primo contra perseuerātes per annum in excommunicatione, & in alijs criminibus, ad quod tenetur iudex sæcularis. Afflict. in constitu. pactarenorum. num. 55. & adest capitulum Regni, quod incipit, item statuimus, quod si contingat. Doct. in cap. contingit de dol. & contum. & in cap graue de pœn.

Secūdo, quādo iudex Ecclesiasticus implorat, ꝑut in Cōc. Tri. sess. 25. c. 5. in vlt. de regul.

Tertio, quando iudex sæcularis teneatur præstare iudici Ecclesiastico petenti hoc brachium ad capiendum excommunicatum, vel hæreticum, & an hoc facere iudex sæcularis, nisi prius videat acta iudicis Ecclesiastici, & quid iudice Apostolico de legato, idem petente, vide per extensum Affl. in const. post mundi, a num. 43. & infra.

Quarto, an iudex Ecclesiasticus teneatur iuuare iudicem sæcularem mucrone Ecclesiastico, videlicet per interdictum, vel excommunicationem contra rebelles, & inobedientes ipsi Iudici sæculari, nisi prius visis actis, vide eundē ibidem, num. 51. & infra.

Quinto, quando iudex Ecclesiasticus implorat auxilium Iudicis sæcularis pro executione sententię a se latæ. Couar pract. q. cap. 10. nu. 2. ver. 3.

Campana.

CAMPANA potest pulsari a custode, ut milites ad bellū exeant de mandato magisteriæ potestatis, Hostien. in sum. tit. de off. custo. num. 1. hinc fit, Episcopum posse dare licētiam sonandi cāpanam ad arma sumēda cōtra malefīcos absque periculo irregularitatis, etiā si inde sequaĩ mors, vel mutilatio, quia hoc est satis remotum, & potius hortari, quā occidere, vel mutilare, capitulo fallas, de pœnitēt. distinct. quinta, & in titulo de treg. & pac. vide Rebuf. tit. de mili. in possess. nu. trigesimosecundo, Sed Episcopus debet hoc concedere serio, & non leuiter consideratis circūstantijs necessarijs, quia campana est inuenta pro congregandis populis ad diuinum cultum, & pro alijs, ꝑut in pōtificali hr̄ in eius benedictione, pꝫ accidēs vero ꝑmittit, ꝑut dictum est sup.

Camera apostolica:

AD Reuerendam Camerā Apostolicā spectant bona personarum ecclesiasticarū, decedentiū ab intestato siue licēt a testādi, Pau. iij bu. 31. quæ incipit Romani, & bona etiā acquisita ex illicita negotiatione, Pij iiij. bul. quæ incipit, Decedēs. & bona residentium in eorum Ecclesiis eiusdem Bulla 115. quæ incipit. In suprema. bona religiosorū, quoque extra claustra degētiū, Greg. xiij. bul. 44. quę incipit, Officij nostri. pro uētus ętiā ecclesiarum, & monasteriorū pro tempore, quo vacāt eiusdem bul. 72. quæ

incipit

incipit. Cũ ſicut accepimus. bona & de quib. Pius V. bul. 44. q̃ incipit, Romani, & Six. V. bul. 3 q̃ incipit, Cũ hodie. vide in ver. bñficia, §. 6. verſ. quoad ſecundã, & melius inferius in ver. ſpolia per extenſum.

canonia:

PRIMO, Canonici an poſſũt diſponere de bonis menſæ capitularis ſine cõſenſu partionariorum, ſeu hebdomadariorũ? rñdet quod ſic, ita Caputaq dec. 84. nu. j. & ita dicit fuiſſe tentum Romæ die 23. Maij. 1552.

Secundo, an Epiſcopus, & ſuus Vicarius generalis, ſit pars capituli? reſpondet quod nõ, ſed sũt diuerſi. Cardin. in clem. vt hi, qui, §. illi vero, ver. quartodecimo, in ſi. de ætat. & qual. Rotæ decil. 380. in antiquis Caputaq. decil. 183. par. 1. hoc tamẽ intellige in odioſis, ſecus in fauorabilib. nam appellatione capituli bene venit Prælatus, ſicut appellatione familiæ venit Dominus, l. familiæ, ff de verb. ſign. & appellatione exercitus venit Dux, vel Princeps belli, l. 2. in prin. ff. de his qui nom. & appellatione monachorũ, venit Abbas c. ſi. de Sym. c. ex ore, de priuileg. c. poſt electionẽ, de cõceſſ. præb. Gom. in c. 1. num. 110. de cõſtit. lib. 6. & l i c. irrefragabili, §. exceſſus, i ver. capitulũ, de off. ord. dicit Epiſcopũ eſſe de capitulo, & caput ipſius Sylua. 2. par. q. 16. num. 7. Staph. fol. 2. num. 4.

Tertio, an canonicus eccleſiæ cathedralis dicatur in dignitate poſitus? reſpondetur quod non, ſtricto modo loquẽdo, ſed largo, Gom. in c. ſtatutum, nume. 2. de reſcript. lib. 6. vide in ver. dignitas.

Quarto, in tota republica Chriſtiana, qui canonici dicũt digniores? reſpõdet ex ſac. Cõg. declar. 90. in meis, in hæc verba canonicatus collegiatę in Romana ciuitate eſt dignior canonicatu cathedrali alterius ciuitatis, & idẽ in facto fuit reſponsũ ab eadẽ ſac. congreg de mente Summi Pontificis Epiſcopo Boſſanenſi in declar. in meis, num. 484.

Quinto, an canonici poſſint inſeruire per ſubſtitutos, vel alternatim vnus p alio? reſpondet à ſac. Congr. declar. 456. in meis, in hæc verba, ſi factum eſt aliquod ſtatutum, quod canonici poſſint inſeruire per ſubſtitutos, uel alternatim vnus pro alio, non habeatur eius ratio, quia eſt contra concilium, vt eſt videre, ſeſſ. 24. c. 12. §. omnes uero.

Sexto, an poſſit retineri canonicatus cum parochia? rñdetur quod non, prout patet ſuperius in ver. beneficiũ, §. 7. Cõc. 7. & 8. & Sac. Cong. decl. 396. in meis, ita cenſuit in petitione canonicorum aquenſiũ, & reſidentes in canonicatu poſsint retinere parochias (nihil) ſed in hoc genere petitionum, uiſum eſt ſcribendum, ut doceant de perſona, & de beneficijs, & de reliquis, vide inferius, in ver. parochia, §. 4.

Septimo, quomodo capienda ſit canonicatus poſſeſſio? reſpondetur uide in ver. poſſeſſio, tamen nunc reſpondetur obiter, præter ea, quæ ibi dicuntur, quod non poteſt dari locus, ſeu ſtallum in choro, nec poſſeſſio canonico, niſi à maiori parte capituli, Nauar. conſ. vnico de dol. & conium.

Octauo, quia dictum eſt in ver. beneficium, §. 6. ver. quo ad ſecundam partẽ fructus oẽs, & redditus beneficiorum pertinere ad Reuerendam Cameram Apoſtolicam durante vacatione, vſque ad pacificam paſſionem ſucceſsionis, prout in bul. Greg. XIII. & Sixti V. Dubitatur an idem dicendum ſit de canonicatu vacante, verbi gratia, ſint vigintiquator canonici, moriuntur duo vel vnus, an reditus illorũ, vel iſtius pertineat ad Reuerendã Camerã, prout ſupra, & videtur quod ſic, quia bulla non excipit canonicatus. tamẽ oppoſitũ eſt verius, quia canonicatus nõ habet ſucceſſorem propriẽ, vnde quæ vacationis tpe veniunt, diuidũt inter ſuperſtites, quia neque pars, quæ obueniſſet defũcto reſeruat ſucceſſori, ita Nau. conſ. 23. de celebr. miſſ. nõ obſtat contrarium nã intelligitur, quando in beneficijs datetur ſucceſſor, & ita vidi practicari Beneuenti, Neapoli, Compzæ, & alibi, hoc limitarẽ, nõ procedere, quãdo Canonicus haberet pbẽdam, diſtinctã a canonia, quia tunc præbẽda ſubeſſet Reuerẽdæ Cameræ Apoſtolicæ, pro tempore vacationis, ratio eſt quia fructus præbendæ eſſent ſucceſſoris regulariter,

& non

& non eos recipiunt canonici durante ipsius vacatione.

Nono, est consuetudo in aliquibus Ecclesijs, vt canonicus factus sacerdos nō gaudeat cō munibus redditibus, nisi transacto triennio seruiendo hebdomadæ interim, put minori in ecclesia mea Rauelli, & alijs locis, & per interim, solū lucret extraordinaria, vt mortuoria, & his similia, an ista cōsuetudo valeat? respōdet, φ sic, cū sit immemorabilis, vt dictū est, in ver. consuetudo, & in ver. cōfessio, confirmatur ex Staph. fol. 3. numero 7. & 8. asserēti canonicū creatū, gaudere distributionibus quotidianis, sed nō communibus redditibus, & superexcrescentibus fructibus, nisi quando prouideretur cum clausula cum plenitudine Iuris Canonici, idē fol. 4. num. 11. & fol. 179. num. 2. Gom. de expect. n. 37. vbi dicit dari canonicum in herbis, & est ille, qui habet canonicatum, & non adhuc præbendam.

canonizatio.

CANONIZATIO, solus Papa canonizat Sāctos, & ob quam causam, vide Innoc. in rub. de reb. & venerab. Sanct. num. 2.

Potest quis alicui defuncto, quem credebat bonum virum porrigere preces, vt p eo intercedat ad Deū, sed nō licet facere officiū solēne, vel solēnes preces p eo, idē loc. cit. n. 4. & ita audiui quēdam annis elapsis porrexisse preces Patri Campiano Iesuitæ martyrizato in Angelia ab impia Elisabetta, & tulisse secū linteamē itinctū sāguine illius, quando fuit decollatus, pro reliquia ipsius.

Tertio, licitum est fundere preces, & vota, & affigere miracula circa sepulchra sanctorū, etiam non canonizatorum, Viguer. tract. de tract. de fid. cap. 10. §. 3. vers. 15.

Quarto, miracula vero, quando Episcopus debeat cognoscere, & an aliquando sint gratiæ, potius quàm miracula, vide ~~inferius~~ sup. in ver. in ver. miraculum.

capellanus:

PRO mercede Capellani sufficiunt quinquaginta aurei, ita sac. congreg. declar. 206 in meis, sed in constituenda mercede in seruientibus alijs beneficijs curatis, obseruari debent decreta Concilij Triden. eadem sac. congreg. declar. 207. & est videre Sac. Conc. sess. 7. & sess. 21. capitulo primo, de reforma.

capellania:

PRIMO, Potest fundari Capellania, absque auctoritate ordinarij, sed nō dicetur beneficium ecclesiasticum, c. cum dilectus, de iure patron.

Secundo, in ea Capellanus potest poni ab ipso fūdatore, vel eius hæredibus absq. ordinarij institutione, licet non sine eius approbatione, put dictū est, in ver. beneficium, §. 1. vers. ad dignitates, concl. 14. & ista nō cadit sub spolio durante vacatione, donec fūdat, seu illius hæredes aliū sacerdotē suffecerint pro missarū celebratione, quia nō dicitur esse beneficium ecclesiasticum, quando non est fundata auctoritate ordinarij, & habeat quatuor illas conditiones, quas ponit Sylua. 1. par. q. 1. num. 8. & q. 3. n. 10. vbi dicit quod capellaniæ, seu altaria vbi missæ celebrant, tunc dicuntur beneficia, quando sunt fundata auctoritate Episcopi, cap. nemo, de consec. distinct. 1. & gl. in clem. 2. de decim. Gom. in q. 20. de ann. poss. vbi dicit φ altaria p quib. officiādis dantur stipendia annua, & non dantur in titulū, non sunt beneficia, Sylua. prima parte, q. 6. nu. vlt.

Tertio. Capellani qui in certis ecclesijs ad nutum remouibiles, quibus capellaniæ non dant, sed datur eis pro labore certum stipendium in anno in pecunia sine aliquo alio, possunt testari, & consequenter non faciūt spolium Gemi. in c. fin. uers. & idem Glo. de offi. ordin. lib. 6.

Quarto idem dicendum de quibusdā sacerdotibus, qui conueniunt, in qbusdā consortijs, siuē confratarijs uel [illegible] tatibus, in certis diebus ad cantandas quasdam missas,

pro

pro quibus habet quasdā possessiones, ex quibus datur certum quid cuicunque illorū, Gemin.lo.cit.uer.per præmissa.

clausula:

CLAVSVLA(omni meliori modo)quæ vulgo inseritur in libellis, comparitionibus, responsionibus, appellationibus, & alijs replicationibus, si apponitur sine copulatiua, &, operatur circa expressa tantum, sed si dicatur, & omni meliori modo, tunc operatur etiam aliquid vltra expressa, & ita obseruat Rota, Caputaq. decisio. 124. & 91.

Capitulum:

PRIMO, Capituli cōsensus, an requiratur quando Episcopus vult ordinare, qui canonici debent esse presbyteri, & qui subdiaconi.

Respondetur ex Sac. Congreg. declar. 59. in meis, ubi censuit in hæc verba, Episcopus in ordinatione facienda, qui canonici presbyteri, qui diaconi, & subdiaconi esse debeant vigore capituli, 12. Sess. 24. tenetur solummodo adhibere capituli consilium, & nō consensus, quia potest eis inuitis, quod magis expedire iudicauerit, perficere.

Secundo quęritur, ubi congregari debet capitulum, etiam si aliquando congregandum esset de ordine Episcopi.

Respondetur ex Sac. Congreg. declarat. 331. in meis, ubi censuit in hæc uerba, Episcopus Placentinus non potest capitulum cathedralis Ecclesię domui suæ congregare, sed idem debet ad aulam capitularem cōuocare, in q̄ antea solitū est sp capitulū cōuocare.

Tertio, an capitulum Sede uacante possit dispensare cum illegitimo ad minores ordines, & ut possit obtinere simplex beneficium?

Respondetur, quod sic, ratio est, quia succedit in ijs, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, & uoluntariæ, præterquam in casibus expresse exceptis. Nau. cons. 7. de fil. presbyt.

Quarto, an capitulū possit vnire beneficia Sede uacante, uel unioni præstare auctoritatē?

Respōdetur affirmatiuè, dummodo per eam iuri Episcopali nihil detrahatur, alias secus ratio est, quia ea, quæ sunt iurisdictionis, transeunt ad capitulum Sede vacante, c. vnico de maior. & obed. li. 6. Rebuf. de union. benef. nu. 36.

Quinto, an capitulum Sede vacante possit eligere Vicarium cum pacto de participando de emolumentis, sportulis, propinis, trigesimis, & alijs?

Respondetur negatiuè, quia esset symonia, Nau. consi. secundo, ne prælati vices suas.

Sexto, fuerunt legata mille cuidā capitulo, ut distribuerent inter singulos canonicos, sed quia, uel aliqua lite intercedēte, vel ignorātia legati, vel aliquo legitimo impedimēto, nō fuerūt exacta, nec diuisa, tūc tpis, inde post multos annos fuerūt recepta, t̄n nūc nullus illorū canonicorū viuit, dubitatur, an possint distribui inter viuentes singulos?

Respondetur, quod sic: contra vero, si fuisset factum aliquod debitum annis pręteritis a capitulo, postea mortuis omnibus illis canonicis, qui tunc viuebant, modo qui successerunt non tenētur singuli soluere, sed totū cap. vide plenius Nau. cons. 9. de sen. exc.

Septimo, an capitulū possit recipere pmutationes, seu resignationes eā permutationis?

Respondetur, quod sic, ita Rebuf. de deuolut. nu. 95. quia est quid necessarium, sicut & institutio, & sic censeo a simili posse vicarium absque speciali concessione propter idoneitatem rationis, prout supra.

Octauo, capitulum cum auctoritate Episcopi, potest nouam constituere dignitatem, Hostien. tit. de const. §. quando constitutio, uer. cum quæritur, nu 20.

Nono, capitulū sede vacāte est executor vltimarū uolūtatū, ad pias cās, Cou. in c. Ioānes, n. 1. & 2. de testam. quia succedit Episcopo in omnibus his, quæ suæ sūt iurisdictionis

Decimo,

Decimo. Capitulum sede vacante potest conferre beneficia deuoluta ad Episcopum, ob negligentiam inferioris, puta Prælatus inferior habens potestatem conferendi beneficia, non contulit infra semestre, tunc potest capitulum sede vacante, illud conferre, similiter a suffraganeo ad capitulum Metropolitanum, ita firmat Gemin. in c. quanq. vers. sed quærit tunc, ex Ioan. And. de elect. lib. 6.

Vndecimo. An valet consuetudo, ut quis canonicus non lucretur massam communē, nisi, vel sit actu sacerdos, vel nisi deseruit per tantum spatium tpis, puta triennium?

Respondeo primo, prout in 1. par. ver. canonica, §. 6. vbi non satis hoc laudatur, secundo quod ualet, prout Gemi. in c. cum ex eo, §. elapso ver. per promissa, de elect. lib. 6. & ita est in Ecclesia mea Minorensi, Rauelli, & in quibusdam aliis.

Carcer.

AN liceat aufugere a carcere, licet sit iuste, vel iniuste captus, etiam aperto hostio, & timenti iustam iudicis sententiam; uel metu infamię, moriatur fame, uel metu tormentorum, aut mortis crimen sibi ipsi falsum imponere, propria confessione, vide Couar. lib. 1. c. 2. var. resolut.

Casus in quibus, &c.

MVLIER vocans dæmonium ad luxuriam, & ille ueniens, iubet ei, ut sputet in crucem, illa timore dæmonis correpta de hoc spuit in Crucē, an sit heretica? quod non tenet Afflic. in constit. inconsutilem, nu. 18. ex Raim. in sum. & Pisa. & D. Thom. 2. 2. q. 12. & q. 24. tamen vide superius in ver. casus in quibus in §. dæmones, nam inuocatio plus dicitur, & Symancam de cathol. instit. tit. 17. num. 43. & infra.

Cædulones.

CÆDVLONES non possunt affigi cum picturis Dęmonum. Pius iiij. bulla 74. quę incipit, Inter, & quando sint affigendi, vide in ver. appellatio, §. 4.

Census.

PRIMO. Si ecclesia non habet instrumentum exequutiuum contra censuarium, quid remedii erit, ut possit singulis annis exigere canonem suum via exequutiua, datur ab Afflic. in const. auctoritatem, num. 3. hoc remedium, vt faciat sibi dare sententiam a iudice seruatis alias seruandis, qua faciente transitum in rem iudicatam, poterit ea uti p uiam exequutiuam singulis annis contra renitentem soluere debitum censum, & hoc est notandum pro ecclesiis, quæ non habent instrumenta suorum bonorum, sed solū quosdam libros & inuentaria, quæ non habent ita vim exequutiuam, & ita dicit Affli. se consuluisse pluries, & ita fuisse iudicatum, & obseruatum.

Secundo. Quid si deperdantur, vel omittantur instrumenta rei emphyteoticariæ, siue censiticę, & non apparet, quæ nam fuerit solutio, an emphytheoticaria, vel censitica, quomodo præsumenda est solutio?

Respondetur, quòd qualis apparet solutio, talis præsumitur præcessisse cōcessio, ita Iason, & communiter in l. cum testamentum, num. 3. de iure, & fac. ignoran. & in l. 2. nume. 210. & 213. vers. decimo quarto quarto, cum versiculis sequentibus, de iur. emphyteo.

Clericus.

Clericus.

PRIMO, An clericus possit agere causas ciuiles, uel etiam criminales etiam coram iudice laico?

Respondetur, quod sic, si hēt ordinem sacrum, & non deferet tonsuram clericalē, quia tūc peccaret, Argum. clem. 2. de vi. & sta. cler. Nauar. in c. non dicatis, nu. 56. in fi. 12. q. 1.

Secundo, Clericatus quomodo probetur.

Vide superius, in ver. bullæ, §. 3. & Caputaq. decis. 277. prima par. vbi dicit doctoratū, nobilitatem, virtutem, habilitatem, valorem, & clericatum, probari posse, per publicā vocem, & famam, quod probat ex Bald. in l. prouidendum, c. de postul. & Alex. in l. de minore, §. si plurimum, col. vlt. de quæst.

Tertio, an liceat clericis habere domi mulieres aliquas ad sibi inseruiendum pro necessarijs seruitijs?

Respondetur, quod sic, quando non suspectæ, modo sint prouectæ ætatis, honestæ, & oī suspitione carentes, Cap. Tolos. decis. 448. & ex Auserio, Nau. in c. statuimus, num. 65.

Quarto, differentia est inter clericos in minoribus, & in sacris constitutos, præterquā in alijs, namque constituti in minoribus, si se miscent enormitatib. sunt priuati ipso iure priuilegio fori, constituti vero in sacris, non ante aliquam monitionem, vel degradationem, Nauar. cons. 25. num. 6. de priuileg. quod etiam adnuit Sac. Conc. Trid. sess. 14. c. 6. de refor. vbi ait, semel correcti.

Quinto, clericus laudatus, non conuenitur coram iudice laico, sed Ecclesiastico, Afflict. in const. si quis in posterum, num. 57. similiter ratione consuetudinis, clericus trahit rē coram iudice ecclesiastico, & dicit valere istam consuetudinem, & ita multos Doctores, prout ibi, sed vide in ver. reconuentio.

Sexto, an clericus in prima tonsura, vel minoribus, qui mutilauit, vel occidit aliquem, ex quo effectus est irregularis, amittat priuilegium vtrumque? videtur quod sic, quia effectus est iam inhabilis pro ecclesia, & ita tenet Afflict. in const. apostatātes, & citat Imolam pro sua sententia: ego vero sentio oppositum, quia clericus homicida non amittit ipso iure priuilegium, vel beneficium si quod habet, sed uenit priuandus per sententiā, immo Eps potest cum eo dispensare, ut illud retineat, nec ualet ratio, quia est irregularis, & sic inhabilis, & incapax, & per consequens ipso iure priuatus utroque priuilegio, quia potest deseruire ecclesię in alijs functionibus, nisi sit homicidium qualificatum, prout in assasinio dictum est.

Septimo. Clericus in minoribus bigamus, vel verè, vel interpretatiuè perdit omne priuigium, & potest per laicum castigari, tex. Glo. & Gem. in c. vnico, vers. quidam, de biga. lib. 6. ita quod potest sic saluari dictum Afflicti in dicta consti. constitutus verò in Sacris retinet vtrumque priuilegium, ratio est, quam uideas ibi.

Coadiutor.

PRIMO, coadiutor primum dandus est Episcopo propter senectutem, ægritudinem, amentiam. Conc. Trid. sess. 25. c. 7. de refor. c. vnico, de cler. ęgrot. lib. 6. & quando datur episcopo, vide de eius potestate, & qualitatibus, Sylue. q. 4. par. 2.

Secundo, Archidiacono propter easdem causas.

Tertio, parocho propter easdem causas, & propter insufficientiam Conc. Trid. Sess. 21. c. 6. de reforma.

Quarto, an coadiutor Archiepiscopi, & cum futura successione, possit uti pallio, dic quod non, rō quia nondum est Archiepiscopus, similiter an possit uti benedictione Epali, dic quod sic, si est Episcopus in absentia Archiepiscopi, vel pręsens, & eo abnuēte, si fit

an

an vel mozetam, dic quod fic absente Archiepiscopo, quia iam est prælatus, & in sua diœcesi, & prouincia, vide Nau.consf.fi.de cler.ægrot.sed potest sedere in sede Archiepiscopi, si nec ipse, nec consuetudo, nec statutum loci contradicit eo absente in choro.

Quinto, an habeat generalem, & liberam potestatem, tex. in c.grandi, & ibi glo. in ver. generalem videtur dicere, quòd sic. & ita Gem. ibi verf.quæro an, de suppl. negli. prælat.lib.6.

Sexto, Coadiutor potest dari omnibus prelatis propter longam inhabilitatem, Gemi.in c.fi.ver.& per prædicta, eo.tit.& lib.

compromissum.

PRIMO, compromissum quamuis non transeat ad successores, neque ad heredes, ca. fi.de arbitr.tamen compromissum a prelato, super rebus ecclesiæ ipsius, etiam non facta mentione successoris, etiam si factum sit nomine proprio prelati expresso, etiam si fiat inter rem ecclesię, & priuatum, trãsit ad successorem, c.præsentia, de test. & ibi Ab. & Couar.in c.conquesti, nu.5.ver.7.

Secundo, causa matrimonialis non potest compromitti laicis, c.penul.de in integ.rest.gl. in c.de consang.& affinit.imò Couar.de sponsal.2.par.c.8.§.vlt.num.2.in fine, dubitat quod nec potest compromitti in clericum ex vi compromisli, quando agitur de fędere matrimonij.

Tertio, in causa electionis potest compromitti in unum tantum, ita Gem.in c.sicut cũ. vers.quæro quod, & in c.si cui, notab.1.de elect. lib. 6. & sic etiam in præsentatione: q̃a electio, & p̃sentatio in hac pari passu ambulant, prout dictũ est, in 1.p.in ver. intrusus.

contumacia.

PROPTER contumaciam, quilibet in re etiam leui contingentem, potest excommunicari gl.in c.duo, 96.dist.Panor.in c.1.de iud.& ibi Ripa, nu.29.& est cõis, prout Couar.in c.alma mater, 1.par.§.9.nu.3.ratio est, quia citatus, & non comparens contemnit, & fit inobediens.D.Tho.2.2.q.105.at.1.& sic, quando citatur aliquis a iudice Ecclesiastico, etiam in re leui, si non comparet, potest excommunicari, tanquam inobediens, quia uidetur contemnere.

cessio bonorum:

DVBIVM est, an cedens bonis teneatur ad restitutionem, si peruenerit ad pinguiorẽ fortunam? respondetur succinctè primo, quod quando cessio fit cum ignominia, nõ tenetur: secundo quando fit sine ignominia, dat iuratoriam cautionem, de soluendo, si peruenerit ad meliorem frugem; tertio ad id tenetur in utroque foro: quarto non tamẽ tantum, quantum debebat vnicuique, et si ad pinguissimam peruenit facultatem, quia illa cessio dẽt ei aliquid releuare: quinto semper solutio, & restitutio debet fieri, remanente ei aliquo sufficienti ad uitam substentandam decenter, ista habes communiter gl.in c.Odoard.in ver.ad pinguiorem de solut. & ibi Host.& in sum.tit.de cess. bon. Couar.lib.2.c.1.nu.6.var.Azo.in sum.lib.7.Codicis, rub.71.& si fuisset excõicatus propter debitum, facta cessione, debet statim absolui.Syluest.in ver.cedere.

Concilium:

PRIMO, an abbates, prępositi, & alii, etiam usum mitræ habentes debeant pręcedere capitulum in synodo prouinciali, vel diœcesana?

R̃ idetur decisiuè, quod non, q̃n capitulum pręcedit collegialiter, i.simul, prout in choro processione, & assistendo suo prelato, ita Ioan.de Sylua.tracta.de benef.1.p.q.2.nu.51. ex Gemin.in cap. statutum, in prin.de rescrip.lib.6.& in ca.quamuis, in princip.in §. quanquam,

quanqua.in 3.notab.de presbyt.eod.li.& ita fuit decisum in facto in synodo diœcesana Neapolitana celebrata sub Cardinali Alfonso Carrafa sub anno 1565. die 9. Febr. fol 60.& ita etiam fuit responsum a sac. Congreg. Archiepiscopo Salernitano, & ita practicaui in concilio prouinciali Amalficano celebrato hoc anno die 8. Maij 1597. vbi interfui, ut Episcopus minorensis suffraganeus, ita tenet Boer. in Addit. tracta. de auct. in consi. par. Franciæ, num. 67.& infra,& probatur ratione validissima vltra præ dicta, nam Abbates hodierni,(qui potius cõmendatarij dẽnt vocari) si nunc haberent monachos, vel presbyteros in suis Abbatijs,& vellent ire in processionibus, simul cũ suis monachis uel presbyteris, pet quo in loco? non post capitulum, ergo ante, cum suis monachis, seu presbyteris, nam cõstat omnes Abbatias, quas modo possident isti Abbates, antiquitus, uel fuisse monasteria monachorum, vel collegia, ergo similiter ho die debent se habere per regulam, subrogatus, ná commẽdæ fuerunt inuentæ a Leone III. vt ait Rebuf. tit. de com. nu. 6 & canonici collegialiter procedẽtes repræsentant cathedralem ecclesiam, quę plus alijs honorati debet,& præfertur omnib. Abbatijs,& prępositutis contentis intra limites prouinciæ, ita Syl. lo. cit. & quia canonici sunt de corpore Ecclesiæ,& Episcopi, c. requisisti, de testam. Staph. fol. 2. n. 4. Syl. 2. p. q. 16. nu. 7. licet Abb. in c. ex ore, nu. 3. de priuileg. teneat oppositum, tu tamen tene, ꝙ dixi, & ꝓ dicto Abbatis facit c. fin.& ibi Gem. notab. 4. de offi. deleg. li. 6. ubi Papa prius ponit Abbates,& postea dignitates cathedrales,& collegiatas: tñ Gem. loquit ꝑ argumẽtũ.

Secundo, an Archiepiscopus teneatur pluries monere Episcopos suffraganeos, vt veniãt ad synodum prouincialem?

Respondetur, quod unica monitio sufficit, gl. in c. si Episcopus, 18. dist. Afflict. in constit. inconsutilem, nu. 56.

Tertio, licet dictum sit Archiepiscopum esse præsidentem,& caput in conc. prouinciali, & licet appellatio regulariter non admittatur, nisi ab inferiore ad superiorem, tamen appellatur ab Archiepiscopo ad concilium prouinciale, Nau. consi. 6. num. quarto, de maior.& obed. ratio est, quia Archiepiscopus est caput concilij prouincialis, solũ quo ad conuocationem,& quo ad primam sedem, ut senior, seu decanus in capitulo, sed non vt Episcopus in Synodo diœcesana, vbi Episcopus est caput in omnibus, cum il lud agat cum suis presbyteris, qui sunt ei subditi, non sic comprouinciales Archiepiscopo, cum sint ęquales in omnibus pręterquam in conuocatione, sessione, & subscriptione in dicto concilio, idem consi. 6.& sequenti, de maiorit.& obed.& Archiepiscopus põt excõmunicari, & mulctari a concilio prouinciali, cum concilium sit superius singulis, ipsum continentibus, de quorum numero ipse Archiepiscopus est vnus, & alij Episcopi,& sic remota conuocatione, primo loco,& præcedentia, in proponendo & subscribendo, in omnibus alijs est æqualis suis suffraganeis, idem loc. citat. Ratio est, quia singulares canonici de capitulo sunt minores capitulo, & vt sic concilium, est maius Archiepiscopo,& Episcopis, sicut capitulum est maius,& superius singulaibus Canonicis, ita Gem. in c. 2. uer. sed ꝓ eius dicto consuet. li. 6. Glosa in c. irrefragabilis, in uer. per capitulum,& ibi Inn. de offi. iudic. ordi.

Hinc fit, quod quo ad incensationes debẽt ęqualiter procedi, s. tres incensationes Episcopis sicuti Archiepiscopo,& patet eadẽ ratione, in cap. enim, siue collegio maior, & decanus,& senior, tot habet incensationes, quod singuli canonici.

Quarto, quo ordine est sedendum,& procedẽdum? Rñdetur, primo Archieps, scdo Epi tertio capitulũ cathedrale, collegialiter incedẽs, vel sedẽs, quarto Abbates hẽntes priuilegium, mitræ,& baculi: quinto procuratores Episcoporum, absentium: sexto procuratores Abbatum absentium, Nau. consi. 3. 5. 7.& 8. de maior.& obed. septimo collegiatę: octauo Plebani, siue Archipresbyteri: nono Parochi, Boer. lo. cit. nu. 83.

Quinto, vtrum ea, quæ fiunt in concilio prouinciali, possint statui contradicente Archiepiscopo? Rñdetur, quod sic, quia sanciũtur collegialiter,& sufficit, qđ fiat accedẽte

maiori parte, Nau.conf.1.de his, quæ fiunt a maiori parte capituli.

Sexto, an constitutiones, quæ fiunt in Concilio prouinciali, seu diœcesano comprehendāt exemptos regulares, eorumque loca? Respondetur, quod non, Nau. conf. 1. de sepult. hoc tamen fallit, prout dixi in ver.excōicatio de cā materiali, §.4. & cle.j. de priuileg.

Septimo, an Rectores Ecclesiarum parochialium, quæ nullius diœcesis sunt, possint compelli, vel ab Archiepiscopo, ut conueniant in concilio prouinciali, vel ab Episcopo in diœcesano, & vī, quod sic, quia Conc.Trid.sess.24 c.2.§.synodi quoq;, dicit etiam exēpti oēs, & c.tamen oppositum tenet Nau.conf.12.de maior.& obed. & locus concilij pōt intelligi, qn̄ exempti hēnt aliqua beneficia extra exemptionem, quia ratione illorum, tenerentur interesse concilio, prout a simili dicit idem Conc.eadem sess.c.15. in fi.& sess.24.c.6.de refor.& Nau.c.9.de iureiur.

Octauo, an Episcopi exempti possint compelli ab Archiepiscopo viciniori, vt semel eligant ipsum a concilio prouinciali, a celebrando iuxta formam sacri Concilij lo.cita. & vī, quod sic, quia concilium dicit, semel & c.Congreg.censuit, quod electio facta semel, obligat successores, in̄ oppositum vī verius, primo, quia electio dicit voluntarium cum dependeat a voluntate, & uoluntas non dī voluntas vera, qn̄ ab aliquo cogitur. D.Tho.1.2.q.13.Aristotel.quinto Ethic.secundo qa censet ita Nau.de curatis exēptis, qui sunt inferioris ordinis, & valet argumentū a minori ad maius, tertio quia vidi multos Episcopos exemptos, qui nondum elegerunt Metropolitanū, & fuere celebrata concilia prouincialia in vicinis Archiepiscopatibus, tn̄ uide sup. in ver.cōcilij, §.4.

Concursus.

PRIMO, ponitur edictum ad concursum, pro aliqua parochiali vacante, an possit concurrere ille, qui fuit accusatus de aliquo crimine, Nau.consi 6. de accus. respondetur, quod sic, & non obstat, quod Sac.Conc.Trid.sess.24.c.18.de refor.§.peracto, & ca.licet canon.de elect.li.6.dicat, quod sit idoneus ætate, morib.doctrina, prudentia, & alijs, q̄ non potest hr̄e inquisitus, quia potest esse talis, & tamen inquisitus per maleuolos inimicos, maledicos, & inuidos, prout Diaz in pract.crim.ca.6.circa medium, & ca.140. nisi sit infamatus apud graues, & bonos viros.

Secundo, si Episcopus iuxta formam Sacri Concil.Trident.& bul.Pij V. succedente uacatione parochialis, facit concursum, & electo digniore, & misso ad Sedem Apostolicam, si ad eam collatio pertinebat, si ipse moritur, uel renunciat, vel distulit, sic electus, an possit aliquis impetrare dictum beneficium a Papa non facta mentione de concursu? Respondetur, quod non, quia ad Episcopum eundem regreditur, & redit auctoritas iterum faciendi concursum, & iterum eligere digniorem, eumque mittere pro impetratione Romā, ita Nau.consilio 11.numero 3.de rescript. & sic semper quod concursus non sortitur effectum suum, pertinet ad Episcopum facere alterum, quia negligentia impetrantium non debet nocere diligentiæ Episcopi, hoc tamen ego temperarem, nisi aliter à Summo Pontifice impetraret, in forma dignum.

Confiscatio.

PRIMO, confiscatio bonorum hæreticorum, præter alios, videnda est bulla 21. Alex. IIII.& fructus beneficiorum, uide Symanc.tit.9.de Instit.cath.nu.9.ius vero patronatus acquirit libertatem, c.vlt.de hæret.Symanc.lo.cit.nu.96.dos, paraphrenalia, arrhæ, emphyteusis, melioramenta, feudum, Cou.li.2.c.9.nu.12.uar.

Secundo, confiscare omnia bona solum competit iudicibus, a quibus non appellatur regulariter, licet reclametur, Capyc.decis.130.num.40.Azon.in summa.lib.9. Cod. rub. 48.nu.8.

PRIMO,

Confidentia.

PRIMO, confidentia, quando sapiat Symoniam, vide Caputaq.dec.201.1.p.quõ probetur, vide eund.dec.200.& 201.vide bul.Pij 1111.109.quæ incipit, Romanum Põtificem,& Pij V.bul.87.quæ incipit, Intolerabilis, Nau.in Manua.c.23.a nu.103. vbi habes, quid sit confidentia, in quibus fiat,& quomodo probetur,& pęna, & in multis concil.in tit.de Symon.

Secundo, qui accipit beneficium ad confidentiam, committit Symoniam conuentionalem,& fit incapax ad beneficia obtinenda in futurum, Caputaq.dec.238.par.3. prout dicitur in ver.Symonia,§.15.

conformitas.

PRIMO, qa satis vulgatũ est, non posse quẽ hr̃e duo bñficia conformia sub eodem tecto, volui hic pauca ponere, quod etiam tetigi in uer.beneficium,§.7.concl. 6. quod tũc dñr duo bñficia cõformia,& incõpatibilia, ẽt si sint simplicia, ut duo canonicatus, duæ præbendæ, duæ pensiones, duæ dignitates, duo personatus, duo officia, non autem duæ capellaniæ, duo altaria, modo alter illorum non sit sufficiens, qria si vnum esset sufficiens, alterum non posset obtineri, Gem.in c.1.uer. istud dubium de consuetud. lib.6.Rebuff.de dispens.rat.ætat.in claus.incõpatibilia, nu.1.Nau.cons.24.nu.2.de pb. & consi.22.dicit, quod stante consuetudine immemorabili, potest quis hr̃e duo bñficia conformia insufficientia, etiam cum dignitate,& cons.10.nu.1.ait posse, quem hr̃e tot beneficia dummodo personalẽ residentiã non requirant, quod sufficiant vsq; ad competentem tm̃ substentationem,& consi.1.nu.37.& deinceps de constit. dicit posse quẽ hr̃e plura beneficia ẽt conformia, ex aliquib.circunstantijs, de quibus ibi,& conf. 16. nu.1.de præb.idem quia bñficia, vt sint conformia, non facit nomẽ, sed munera,& onera, ibid nu.3.& hoc nota pro practica quotidiana,& duæ vicariæ perpetuæ, duæ præbendæ theologales, quia sunt incõpatibiles, Rebuff.lo.cit.nu.2.3. & inf. Staph. de lit. gra.fol.73.a nu.9.& melius, fol.6.nu.5.Gom.de expec.nu.44.& fol.75.nu.1. vbi dicit, quod canonicatus cum capellania in eadem ecclesia, nõ sunt incõpatibilia si sunt insufficientia. Vide luculentissimè de hac materia differentem Gem.in c.gratia, uer. & istud vltimum de rescrip.li.6.vbi per extensũ narrat naturam bñficiorum, tã per compatibilia, q̃ per sufficientiã,& residentiã, q̃ nota pro practica quotidiana.

Secundo, an ista conformitas ẽt intelligitur, in cęmeterio, vel claustro, siue in continentibus ædificijs,& in quibus ecclesijs adsunt ecclesiæ infimæ, quæ vulgo subcorpora vocantur, ut Salerni Diui Matthæi, Neapoli Diui Ianuarij, Amalphiæ Diui Andreæ, Nolæ, Diui Paulini, Surrenti, Diui Antonini, in quib.solẽt esse capellaniæ,& officia, an dicantur cõformia sub eodẽ tecto. Vide & distingue cum Gem.in c.1. ver. vltimo quæro, de consue.lib.6.& an beneficiandus in ecclesia possit beneficiari, in dictis locis adiacentibus dictis ecclesijs, vide ibi.

commendatarii.

PRIMO, commendatarij,& si non sint strictè religiosi, sunt tamen personæ ecclesiasticæ,& proinde gaudent priuileg.canonis, si quis suad.17.q.4.

Secundo, commendatarij Sancti Iacobi Hispaniarum ducunt vxores cũ priuilegio Apostolico, nam quo ad tria vota sunt Religiosi, ad instar Hierosolymitanorum, Sot.lib. 7.quæstio.5.arti.3.circa vlt.Nauar.de reddit.eccles.quęst.1.monito 55.an.1. Couar.de spons.2.p.§.1.nn.18.

Tertio, an milites isti, seu commendatarij coniugati per dispẽsationẽ apostolicã,& hñtes

C 2 filios

filios ex tali coniugio, possint disponere de suis bonis, vide Nauar. in c. non dicatis, nu. 56. ubi distinguit.

Quarto, commendatarii, & an dicantur in dignitate constituti, quo ordine in concilijs prouincialibus, vide in ver. concilium, §. 1. & 6. qui hodie Abbates vulgo vocantur, de eis vide superius in ver. beneficium, concl. 11. vide Gemi. in c. nemo, vers. in ea glo. de elect. lib. 6.

Quinto, commendatarij hodie presentant, eligunt, & cōferunt, si in suis commendis habent aliquod ius patronatus, vel beneficiorum collationem, ita Rebuf. de commen. n. 60. & ī facto uidi multos cōmēdatarios cōferre bñficia, put dixi ēt in ver. alternatiua.

consuetudo.

PRIMO, consuetudo temporis immemorabilis, probatur per testes, & per allegationem priuilegii, Caputaq. dec. 227. & consuetudo unius loci probata interdum extenditur in alio loco. idem decis. 229. 1. par.

Secundo, immemorabilitas probatur per testes de uisu, per quadraginta annos, & de auditu a maioribus, & senioribus, qui audierunt a maioribus suis, & testes non pñt esse, nisi ad minus habeant quinquaginta annos, idem decis. 71. p. 2. & dec. 290. p. 3.

Tertio, consuetudo, priuilegium, & prescriptio, non semper habent eandem vim, tracta. de præscrip. f. 456. §. & primum quero.

Quarto, consuetudo potest introduci absque titulo, & tacito consensu, & est pleniotis interpretationis, quàm præscriptio, & ideo tanquam fauorabilis, non est restringenda, sed amplianda, & æquitas in ea consideratur, sed rigor, & odium in præscriptione, & ideo multa possunt induci consuetudine, quæ non inducuntur præscriptione, cum consuetudo sit lex non scripta Balb tract. de prescrip. 1. p. principali q. 10. & 5. p. principali quest. 12. vbi multa de consuetudine, & preter cætera, quod una consuetudo pōt derogare aliam, idem ibidem, & dixi in ver. confessio, §. 2. & in pract. pœnit. c. 15. q. 2. Gem. in c. 1. vers. oppono secundo, de præscrip lib. 6 ubi ait, quòd allegans consuetudinē, non arctatur ostendere titulum, secus in prescriptione.

Quinto, quæ nam differentia sit inter consuetudinem, & præscriptionē, vide fusius Prefatum Balb. loc. cit. 2. p. prin. c. 10. Host. in sum. tit. de consuetud. §. fin. vbi multa dicit de consuetudine.

Sexto, quando non apparet de consuetudine alicuius loci, recurrendum est ad consuetudinem vicinarum ecclesiarum. Argum. c. olim. de consuet. c. ecclesijs, c. ex parte, c. super eo de cens. vel ad consuetudinem Metropolitanæ Ecclesiæ, c. duo, de sponsa. c. de his, de postu. præla. c. fi. 12. dist. Host. in sum. tit de offic. Arch. § quis enim officium, & in ti. de consuetu. §. quot actus, nu. 4. dicit consuetudinem introduci per duos, vel decem actus, & quando bis fuerit iudicatum. Azon. in sum. ff. vete. rub. 2.

Septimo, consuetudine potest induci, vt quod prius dabatur Prælato, vel Principi p munere, & voluntarie, postea successu tpis, fiat ius debitum, & coacte iuxta notata in l. si certis annis, C. de pact. tex. & gl. in c. seruitium, 18. q. 2. Nauar. cons. 4. de cens. nec obstat q dixi in ver. legatū, §. 3. quia intelli qñ quodamodo tirannice, vel metu saltem reuerētiali, vel timore, vel aliquo respectu humano, potius q̄ liberaliter, & sponte illa fuerit introducta. vide in 1. p. in ver. pscriptio, §. 3. in vlt. vide Gem. in ca. 1. ver. non psumit.

Octauo, consuetudo introducitur actu binario, vel longo tpe, etiam in delict. Hostien. in sum. tit. de consuet. §. quot actus nu. 4. c. ita nos, 25. q. 2. leg. 3. in fi. c. de Epis. aud.

Nono, consuetudo debet probari ab alleganti illam, vel ab alleganti illius interruptionē, idem lo. cit. §. quis debet probare, nu. 3. c. cum dilectus, §. fi. de consue. & ea probatur p bonos testes ibidem num. 10. c. cum esset, de testi. ¶ Decimo, consuetudo Rom. eccle, an ubicūq. sit seruanda vide Gem. in c. 1. §. fideli, ver. nota istam glossam, de sum. trin. & fid.

fid.cath. Glo.in c.nolite in uer. & docere ij.dist.& cap.ult. eadem dist. ca.aliter, 31.dist.

contradictores.

QVotiescunque in bullis Apostolicis, siue ordinariorum, quando dicantur incurrere in pœnas impositas in dictis bullis, uide Staph.de lit.grat.f.180.nu.4. & inf.vbi dr, qd non incurritur censura apposita in bullis, qñ contradicitur de iure, sed quando cõtradicitur de facto, ut quia quis prætendit non dẽre expelli sine cãæ cognitione, & sic paratum stare iuri, c.licet, de præb.li.6. Oldrad.cons.81. quod incipit, quod processus. idem Staph.f.196.nu.1.& nota hinc casum, qui est practicabilis singulis dieb.& bis habui in facto, facit tex.in c.bis cui, de præb.lib.6.& c.pro illorum, eodem, Rebuf. in for. no.prouis.in ver.cõtradictores, Nau.consi.39.de sen.exc.& hoc põt contingere, quando aliquis vellet contradicere cuicunq; possessionem capere volenti, etiam si fuerit exequutor Apostolicus, quando habet causam iustam contradicendi, & non faceret, accipere possessionem, vt quia fortassis beneficium erat vnitum, vel alteri prius collatum, vel bullæ sunt subreptitiæ, vel obreptitiæ, vel quia est iurispatronatus, & Episcopus prętenderet, quod sit collatiuum, quia Papa quando concedit, non intendit auferre ius tertij, nisi de eo fiat expressa mentio, quia adest reg.cancell.de non toll.& c.facit, c.ex literis, de rescr.& c.ex tuarum, de auctor.& vs.pal.& ibi gl.in ver.permittat.

Concubinarii.

AN Episcopus possit procedere contra concubinarios, aliàs quam vigore, & ordinatione sac.Conc.Trid.?

Respondetur, quod sic, Nau.cons.7.de off.ord. vide bul. Pij V.quę est 5.& incipit, cũ primum, & D.Ant.2.p.tit.9.c.10.§.1.uer.6.Maior.4.Sent.dist.9.in fi.Inn.in c. fraternitatis, nu.3.de hæret.Nau.in c.j.§.laboret, n.10.de pœn.dist.6.vbi habetur clericum concubinarium non esset suspensum, accedit quod infamis non dicitur quis, nisi post sententi am.Caputaq.dec.9.p.2.

Credere:

PRIMO, Credere Cardinali, asserenti aliquid, an, & quando teneamur, vide in vers. Cardinales, §.2.

Secundo, credere an teneatur filius matri, asserẽti se emisisse votum religionis, vel natum ex adulterio?

Respondetur negatiuè à Nau.cons.2.de test.& Syl.in ver.adulteriũ, §. 2.

Tertio, credere bona fide alicui viro bono, & prudenti, regulariter excusat ab omni peccato, Nauar. cons.2.de pœn.& remiss.imò credere consulenti sibi de re aliqua dubia, non peccat, etiam si quod agit esset diuina, vel naturali lege prohibitum, non solum humana, idem cons.66.de Sym.quod facit pro scrupulosis, & credulitas iusta excusat à peccato, idem consi.4.de præsump.& vide in pract.mea pœnit.c.vlt.

Consecratio, seu benedictio.

MONIALES non uirgines, etiam violenter, etiam occulte, non possunt consecrari velo virginitatis, sed solum possunt accipere velum professionis, & est ratio, qiau velum consecrationis solũ datur virginib.cõstat.n.oĩa, quæ dñr in illa cęremonia, cõpetere virginib.Host.in sum.tit.de temp.ord.§.quo tpe, nu.5.Abb.in c.tua, nu.3.de conse. eccl. vel alt.tamen potest Episcopus consecrare monialem, non virginem occultam, mutando verba virginitatis in uerba castitatis, & hoc quando adesset aliqua necessitas, vt quia fuit electa in Abbatissam, quę debet esse consecrata in ea regula, in qua consecrari consueuit, sed in Regula Sancti Francisci solum sumitur uerbum

professionis, Syluest. in ver. consecratio, 3. nu. 2. §. 1. & uidi in practica.
Quo tempore possint consecrari virgines moniales? Respondetur ex Host. lo. cit. nu. 3. præter octauam Paschæ, & Epiphaniæ, etiam Dnicis dieb. & oi tpe stāte necessitate.

contractus.

PRIMO, an sit licitū emere cēsū ad certos annos, puta sex, decē, qndecim, aut viginti? Respondetur, quod sic, quando pensio omnium illorum annorum, non est maior, quā pretium, quod pro illa accipitur, puta si quis dat centum ad quindecim annos pro pensione, decem pro centenario, sed quando pretium est iustum arbitrio boni uiri, licet ita Conrad. de contract. q. 79. Nau. tract. de usur. notab. 22. nu. 71. & 97. gl. 16.

Secundo, an census possit extingui in totum, vel in partem? respondetur, quod sic, imò non potest poni actum in contrarium, Nau. lo. cit. nu. 78. ver. quarta, & in bul. Pij V. nu. 85. condit. 5. & nu. 95.

Tertiò, an possit constitui census super bonis alicuius generaliter, & vniuersaliter nullo certo loco, prædio, cum suis limitibus, seu confrontationibus dissignato?

Respondetur negatiuè, Nau. lo. cit. nu. 86. per bul. Pij V. sed bene potest constitui super annuis censibus, idem ibidem, sed hoc ego credo, quod valeat ubi bul. Pij V. est vsu recepta, puta in terris Ecclesiæ.

casus mixtus:

PRIMO, Si quis fuit in casu mixto castigatus a Iudice ecclesiastico, potest iterum per iudicem laicum puniri, & iudex spiritualis, nec debet eum illi tradere, nec inhibere ne puniat, Nau. cons. 1. nu. 2. de iud. intelligit Couar. l. 2. c. 10. nu. 6. ver. 11. var. resol. quādo non fuisset sufficienter punitus.

Secundo, quinam sunt casus mixti, vide Cou. lo. cit. ver. 11. & doctores in c. cū sit gnale, de for. compet. 1. sacrilegiū, 2. vitiū nefandū, 3. sortilegiū, 4. diuinatio, & his similia, qn non sapiunt hæresim manifeste, prout in c. accusatus, §. sanè, de hæret. li. 6. 5. vsura, & aliqua plurima, quæ reperies passim, pro quibus datur locus preuentioni de iure cōi, sed in Regno Neapolitano, aliter proceditur, vide Docto. in c. felicis, §. per hoc quoq; de pœn. li. 6. & ibi gl. in ver. adimus. 6. adulteriū, pro quo pōt laicus puniri à iudice ecclesiastico, prout multis ex cōi sent. probat Cou. de spons. 2. p. c. 7. §. 7. in ult. nu. 12. de vsura, vide eundē lo. cit. §. vlt. n. 4. & 5. vbi a iudice ecclesiastico dēre cognosci exceptionem contractus vsurarū probat, 7. executio ultimarū uoluntatū. Abb. in c. si hæredes, col. 1. de testam. & ibi Couar. nu. 1. & de spōsal. 2. p. c. 6. §. 2. nu. 198. de periurio Roma. cons. 512. leg. si quis maio. C. de transact. Cou. lo. cit. nu. 20 Azon. in sum. li. 9. C. ad leg. Iul. de adult. & stup. c. 9. nu. 3. uer. item iure nouo, vbi ait hoc crimen adulterij ad episcopum pertinere castigari, & 9. blasphemia, Syman. de cath. instit. tit. 8. num. 5. & 6. Decimo. stuprum, c. 1. & 2. de adult. Gem. in c. si Eps, uer. sed quarto an Eps, de offi. ord. li. 6. gl. in c. nos inter, in uer. deficientibus, de purgat. canon.

Tertio, de casibus mixti fori, uide Clarum q. 37. li. 5. senten. §. fin. prac. crim. vbi enumerat multos pro practica.

Quarto, an iudex ecclesiasticus possit carcerare laicos pro casib. mixtis? Respondet idem Clarus, ibi uersū unum tamē, ꝙ non, nisi hoc Prælatus legitimè præscrip. Conar. prac. q. c. 20. nu. 2. uer. primū, pōt facere pro hac doctrina, qn præscripserit, ꝙ cōsuetudo det Iurisdōnem ēt personæ priuatę, c. Romana, §. non sic, de offic. ord. li. 6 & ibi Gem. uers. quarto, per c. cum contingat, de for. compet. tamen oppositum vidi practicari, & practicaui, sed cum grano salis: vide omnino Gem. in c. cum Eps, ver. sed qto an Eps, ubi

ubi disputat pro, & contra, & tamen concludit quod Episcopus potest carcerare laicos, pro causis ecclesiasticis, & hoc tener mordicus.

Damnati:

PRIMO, Damnatis ad mortem, an possit negari sanctissime Eucharistie sacramentũ? Respondetur, quod non, & contraria consuetudo est abusus, ita Nauar. cons. 4. de pœn. & remiss. nisi vellent cõicare eodem die, quo morti traduntur propter reuerentiã specierum Sacramentalium, similiter eorum cadauera si petuntur, possunt, & debent cõcedi, ut sepeliantur, nisi adeo diffamati ad terrorem aliorum, Couar. lib. 2. c. 1. num. 1. versi hinc & alia, & in c. alma mater, 2. p. §. 3 nu. 3. etiam tempore interdicti, Calder. tract. de eccles. interd. f. 11. col. 4. Syluest. ver. iureiuran. 4. q. 7. & Symanc. de cathol. instit. tit. 18. nu. 4. alias peccant iudices.

Secundo, an eorum cadauera, vel membratim suspensa insepulta possint relinqui a iudicib. in locis publicis zelo iustitiæ ad aliorum terrorem, vide Couar. lib. 2. c. 1. nu. 10. var. resol. & Symanc. de cathol. instit. tit. 18. nu. 4. vbi habes quod non, immo eos peccare ni si essent capita latronum, qui famosi latrones a iure vocantur.

Debitor:

DEBITOR suspectus de fuga, non potest capi, nisi de mandato iudicis, & tunc expẽsis creditoris capi debet. Six. IIII. bul. 5. nec potest capi, nisi pro minori summa, quã ducatorum septem quicunque sit debitor. Pius V. bul. 160.

Delegatus.

QVOD dictum est, gratiam morte concedentis non expirare, uidendum est, an hoc sit semper verum, tamen est considerandum, si Princeps concedit licentiam dispẽsandi cum aliquibus, non expressis nominibus, tunc ista licentia, seu gratia non expirat morte concedentis, & similiter si concedit facultatem, conferendi beneficia nõ expressis personis, secus verò si persona exprimatur, quia tunc morte concedentis expirat, ratio est, quia in primo casu est gratia, in secundo est mandatum, ca. si cui nulla, de præb. lib. 6. Staph. de lit grat. fol. 202. nu. 1. & 2. decis. Rot. 12. de offic. deleg. in nouis, Nauar. cons. 2. de offi. deleg.

An delegatus possit accipere aliquid pro labore, & iudicio causarum, sibi commissarum, & vr quod sic, quia sic se habet consuetudo, & communis vsus, omnes delegati sumũt propinas, pro quolibet actu, imò trigesimam pro decretis, & sic vidi practicari: tamen, c. statutum. §. insuper, de rescrip. lib 6. & Nau. cons. 21. dicit quod non, nisi esculẽtum, & poculentum, tamen ad hoc posset responderi, vel quia quod accipiũr ferè cõiter omnes, est loco esculentorum, & poculentorum, & sic neque Episcopus, neque vicarius põt aliquid accipere pro dispensationibus matrimonialibus, sub pœna excommunicationis Papalis hodie, olim episcopalis.

Si delegatus excommunicat aliquem, qui petit sibi ostẽdi copiam suæ commissionis, seu delegationis, est iniusta, & nulla excommunicatio, Inn. in c. venerabilis, num. 5. de cẽs. & Fel. in c. cum iureperitus, nu. 3. de off. delega. tamen Nauar. cum alijs tenet contrarium, nempe quod licet sit iniusta tamen tenet, cons. 5. de sent. excom.

Degradatio.

PRIMO, an Eps possit dispensare cum degradato? rñdetur primo quod cum sollẽniter degradato non põt, nisi solus Papa, c. 1. 50. dist. c. ideo, 2. q. 6. c. ex tuæ, de cler. non re sid. Host. in sum. tit. de dispen. §. sunt aũt casus, ver contra tertiam, dico 2. quod quando constaret degradationem esse nullam, puta, quia non affuit legitimus numerus episcoporum, uel Abbatum, uel dignitatum, vel non fuit obseruatus ordo iudiciarius, q̃ tũc

potest Eps cum eo dispensare,c.Episcopus,presbyter,aut diaconus, 11.q.3. rō est, quia non esset adimpleta forma data a Sac.Conc.Trid.Sess.13.c.4.de refor.Host.lo.cit.& in tit.de accusat.§.sed nunquid,nu.17.gl.in c.non potest,de re iudi.dico 3.quod hodie secus est,nam Episcopus non potest dispensare super irregularitate,suspensione, & deductis ad forum exterius,& homicidio voluntario,etiam occulto,hoc tamen limita, nisi quis esset degradatus iniuste,ex falsis depositionibus,nam degradatus potest appellare,& ad merita causæ poterit inueniri innocens, nam iudex ad quem potest considerare,an sententia sit rite,& recte lata,Diaz pract.crim.can.133. hoc tamen fallit in iudice laico,cui traditur hæreticus degradatus puniendus, nam tunc non potest cognoscere de sententia lata per ecclesiasticum, sed bene in alijs,Foll.Pract. Crim 4 par.nu. 56.uide Io.de Sylua.2.par.q.3.num.9.glo.in c.depositio,de pœn.lib.6.ar.12.ca.quãuis, in cap.cum talis,de rescrip.lib.16.

Secundo,an clerici in minoribus debeant degradari, si id expostulet delicti qualitas, an absque degradatione possint tradi iudici sæculari? respondetur quod debent degradari,ita glo.& tex.in cap.2.de pæn.lib.6.Couar.in c.quia nos,num.4.de testam.

denunciationes.

DENVNCIATIONES matrimoniales,non possunt relaxari a parocho,sed ab Episcopo,Nauar.cons.1.de cland.despons.similiter & a comendatario,vel Abbate titulari habente iurisdictionem episcopalem,& qui est ordinarius,idem in cons. 2. eo.tit. cætera de hac materia,vide in ver.matrimonium per multa,& de denunciationib. faciendis in promotione ordinandorum, vide in ver.ordo, & denunciando hæretico, vel sapiente de hæresi,puta nec romãticis,strigibus,maleficis,vide in ver. hæretici, & in ver.absolutio,§.10.remissiuè.

deuolutiones.

PRIMO, Deuolutio,quare fuit inuenta.Secundo,quando incipit.

AD PRIMVM, Respondetur propter negligentiam,ignorantiam,& interdum auaritiam quorundam ordinariorum,quorum defectui uoluit supplere Summus Pontifex,c.2.c.quam sit,de elect.lib.6.c.ne pro defectu,de elect.c.unico,ut beneficia,& ca.cũ alijs vulgatis,Rebuf.in tit. de deuolut.nu.8.sicuti a simili dr̃ de pscriptione, ne dominia rerum sint in incertum,l.1.ff.de vsuc.Host.in sum.tit.de præscr.§.introducta,nu.2.

AD SECVNDVM, non a die vacationis,sed a die notitiæ, vel a die, qua scire debuit, vel potuit collator,c.quia diuersitatem,de concess.præb.c.vnico,de iure patro lib.6.c.licet,de suppl.negl.præla.Rot.263.in antiquis,quæ incipit,si propter, & dixi superius in ver.ius patronatus,§.8.dub.6.Rebuf.de deuolut.num.10.

depositus.

DEPOSITIO duplex,verbalis,& realis,quæ degradatio dici potest.

Depositus verbaliter,& condemnatus ad triremes ad tempus,vel ad uitam, vel realiter ad mortem,& postea euadit a triremibus,vel a morte,an possit restitui ab inferiori a Papa,gl.in c.clerici,de cle.excom.dicit quod non,nisi sententia sit iniusta,sed cap. ideo,2.q.6.& c.si quis,7.q.1.& Pan.in d.c.clerici,dñr quod sic, uide in ver. degradatio.

dignitas.

PRIMO,quæritur,quot sunt dignitates ecclesiasticæ? Rñdetur, ꝙ multę, Papatus, siue Summi Pontificatus,siue maximi Pontificij, Patriarchatus,Primatus, Archiepiscopatus,Episcopatus,Archidiaconatus,Archipresbyteratus, Primiceriatus, Præpositatus,Thesaurizatus,Cantoratus,Decanatus,Prioratus,Cancellariatus,Geminiarchatus,Guardianatus,& Prioratus mendicãtium,Bibliothecariatus, Abbas,& multa alia nomina,de quib.non põt dari certa regula,put in c.1.de cõsuet.lib.6.Io.de Sylu.tract.

de

de benef.3.par.q.39.nu.1.decis.Rot.17.de concess.præb.in nouis,vide Cap.Tolos.q.13. & ibi Addit.Rot.dec.17.Gem.in c.nullus,de elect.lib.6.Arch.in d.c.1.Ancha.in clem. si dignitatem,de præb.in clem.2.de præscrip.vbi habes abunde, quod discrimen sit inter dignitatem,personatum,& officium,vide Staph.fol.100.a num.1.& infra,& f.103. a num.1.& infra.

Secundo,capitulum cum auctoritate Episcopi,potest nouam constituere dignitatẽ, Host. in sum.tit.de constit.§.quando constitutio ver.cum quæritur,num.20. vide glo.in c.2. ver.signum,Inno.in c.cum consuetudinis,de consuet. Abb. in c. cum accessissent, de const.col.2.vide superius,in ver.beneficium,§.1.ver.ad dignitates.

Tertio,quia dictum est primam dignitatem post pontificalem esse reseruatam Papæ per regulas cancellariæ,hoc debet intelligi quando excedit valorem decem florenorũ auri,nam si non excedit talem valorem,non censetur reseruata,Staph.nu 8.fol.8.

Quarto.An possint esse duæ dignitates æquales post Pontificalem, ut qui ambo insolidũ coniuncti oẽm maioritatem exercerent,uel alternis vicibus,in subscriptionib.sedibus?

Respondetur quod sic,ex Gem.in c.deliberatione,vers.sed pone,de offic.leg.lib.6.ꝙ nota pro regula cancellariæ qua reseruant omnes dignitates maiores post Pontificalem;sed num omnes istæ duæ per talem regulam sint reseruatæ,uel altera tãtum,videtur quòd ambæ prout Gem.ibi.

Dispensatio.

PRIMO, an pro dispensatione sit aliquid soluendum Episcopo,siue eius vicario, vel notatio?

Respondetur ex Sac.Cong.Decl.519.in meis,in hæc verba:decretum illud quod solet poni in literis dispensationum,vt nihil muneris,aut sponte oblati accipi possit pro illarum exequutione,ita intelligendum esse,vt neque ordinarius ipse, nec vicarius quicq̃ prorsus pro mercede laboris,quem ea in re susceperit capere possint, & ita intelligendum est illud quod dicitur in dispensationibus:Notarij vero pro examine testiũ quartam partem aurei,seu ducati accipere possunt,& pro literis absolutionum,& dispensationum in foro conscientiæ tantum,nihil a quocunque accipi possunt, quemadmodũ Romæ obseruatur,quod idem censuit declar.520.in meis.

Secundo,quibus committi debeat dispensatio matrimonialis? respondetur quod ordinarijs,ita Pius IIII.bul.67.quæ incipit in sublimi,in ver.nec dispensationis.

Tertio,Episcopus potest dispensare,vt presbyter homicida,voluntarius, qui antea habebat beneficium curatum,illud possit retinere in futurum, & similiter cum canonico homicida,vt possit interesse choro,& gaudere fructibus canonicatus, Nauar.cons.45. nu.1.de homicid.sed non potest dispensare,ut sacrum faciat,cum sit irregularitas exceptuata,per Sac.Conc.Trid.Sess.24.c.6.de refor.si'r de beneficio simplici, ad minores ordines,licet Sac.Conc.Trid Sess.14.c.7.de reform.videatur satis vrgere,tamen loquitur solum de ordinibus sacris,& de homicidis,ex industria,ac voluntariè, Couar.in c. alma mater,1.par.§.7.nu.1.inferius,ver.irregularitas.§ 10.Staph.fol.141.nu.11.Sylua. 4.par.q.7.nu.12.vers.31.Inno.in c.2.de cler.pug.in duello.

Quarto dispensatio est triplex,debita,iniusta,& permissa,Host.in sum.tit. de dispensat.§. quot sunt species,hinc fit,dispensationem non posse dari sine causa, quin alias diceretur potius dissipatio,quam dispensatio,glo.in c.& si illa, in ver. cogit primo q.7. & in c.non est voti,in ver.adimplere de voto.Host.loco cit. hinc uideant ordinarij, ne sint nimium faciles ad dispensandum,vt in alijs,sic in diebus festis,quia potestas datur eis ad ædificationem,non ad destructionem,vt patet doctrina communi, & dispensatio facienda ab inferiore Papa debeat fieri in causæ cognitione,gl.in c.requisistis, §.nisi vigor,1.q.7.Innoc.in cap.declara.2.num.16.de elect.

Quinto

Quinto dispẽsatio, an debeat ius, an gratia dici, vide, & distingue cum Archidiacono, & Geminiano in ca. licet canon §. super residentia ver. quæro an, de elect. lib. 6.

Dimissoriæ.

PRIMO, quæ pœna ordinanti, & ordinatis absque litteris dimissorijs, titulit ætatis? Respondetur ex sac. conc. tri. sess. 23. cap. 8. de reform. quod ordinans per annum à collatione ordinum, ordinatus a susceptorum ordinum exequutione, quamdiu proprio ordinario videbitur expedire, est suspensus, bulla Pij secundi, quę incipit, Ex sacrorum, Sot. 4. sent. dist. 25. quæst. 1. artic. 3. Nauar. cap. 27. numero 241. hic est dubium. Primum an iste Episcopus sic suspensus a collatione ordinum, si durante suspensione, celebrauerit, efficeretur irregularis? Respondetur, quod non Gemin. in capitulo ex eo, de tẽp. ord. lib. 6. Rebuf. tit. de cler. ad sac. ord. ma. promo. gl. 2. nu. 7. ratio est, quia suspensio nõ est a celebratione, sed a collatione ordinum. Secundum, an si conferret ordines, efficeretur irregularis? respondetur quod non, quia tunc solum efficeretur irregularis, quãdo esset suspensus a diuinis, vel simpliciter, & absolutè, & celebraret, prout dictum est in ver. suspensio, sed solum peccaret mortaliter, & ordinati carerent exequutione. Tertiũ similiter, quando Episcopus est suspensus, possunt subditi eius ordinari ab alieno Episcopo, tamen de ipsa suspensione Episcopi debent afferre declarationem Metropolitani, non tamen ipse Metropolitanus potest eis dare dimissorias, prout dictum est, nec obstat sacrum Concil. sess. 23. capitulo octauo, ubi cauet neminem posse promoueri sine literis superioris, quia intelligitur, quando superior est habilis, secus uero quando est suspensus prout gloss. in cap. cum dilectus, in uer. a suspensis, de consuetud. Syluest. in uer. excommunicatio tertio, §. decimo, & vndecimo, Vittor. tracta. de excommunicat. numero decimosexto, & eo casu videtur sufficere declaratoria Archiepiscopi, nam prohibitio facta a Concil. loc. cit. fundatur super extrauag. Pij secundi, quã vidit Rebuf. ut patet multis in locis, & fortassis dictum decretum sacri Concilij, nam ipse mentionem facit de sacro Concilio in aliquibus locis, & tamen dicit hoc posse fieri in forma dimissoria, num. 19.

Tertio, an ordinatus ab Episcopo loci, vel de licentia ipsius, ubi pater ordinati ortus est, sit bene ordinatus?

Respondetur, quod sic, quia iura non requirunt, quod ordinatus natus sit in Episcopatu ordinantis, sed solum quod sit oriundus, ex illo. ita Nauar. concilio decimonono, numero, secundo, & consilio tertio, de tempor. ord. hoc tamen temperarem, si pater habebat illic domicilium, ut quod illic non sit natus de transito, sed quod pater illius, ibi habuerit domicilium, & fuerit natus, nam domicilium patris originis, transit in filiũ, sed non domicilium habitationis, idem consi. 3. eod. tit. nu. 1. facit quòd notat Gemi. in c. Romana §. nec etiam notab. 6. de for. comp. lib. 6. quòd quis, non potest conueniri in loco contractus, uel quasi contractus, quando fuit factus per aliquem, ut viatorem.

Quarto, si quis a suo ordinario, non potest habere dimissorias ad ordines, a quo potest eas impetrare?

Respondetur, quod si causa iusta allegatur, quominus a suo ordinario eas habere non potest, tunc a summo Pœnitẽtiario Romæ, ita Pius quartus bulla 69. quæ incipit, In sublimi, §. nec minus, sed videat impetrans, ut causam iustam alleget, sub pœna priuationis executionis ordinis, per suos ordinarios imponenda, siue ad tempus, siue in perpetuum, si vero Episcopus erit suspensus, vide, §. 2.

Quinto, an inferior prælato possit ex consuetudine concedere dimissorias ad ordines?

Respondetur quod sic, Capel. Tolos. quæstione 450. dummodo consuetudo sit legitimè præ-

præscripta, tamen hoc videtur abrogatum per sacr. Conc. Trid. sess. 23. c. 10. de refor. vbi reuocat Abbatibus, & alijs quibuscunque exemptis hoc, non obstantib. quibuslis privilegiis, præscriptionibus, consuetudinibus etiam immemorabilibus.

Sexto, si quis promoueretur ad sac. ordines absque titulo, sed cum alijs requisitis, an sit suspensus vel irregularis?

Respondetur quod non per bul. Pij secundi, quæ solum in tribus casib. disponit, nempe de ordinato sine dimissorijs, ante legitimam ætatem, & extra tempora, licet per sacr. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de refor. per iura antiqua, quæ requirunt titulum, sic ita Nauar. consi. 15. & 18. de temp. ord. vbi ait sufficere titulum, non ita ad amussim, & punctualiter, sed sufficiens sit.

Septimo, si quis dat pecuniam examinatoribus, vt approbetur, vel alicui, ut impetret dimissorias ad ordines, an committat symoniam in ordine. Nauar. consi. 67. de symon. post multas allegatas rationes concludit potius, quod sic, quam quod non, cum examen, & dimissoriæ sint viæ ad ordines, & sic censet incurri pœnas extrauagan. Pauli Secundi, de qua inferius, in verbo, symonia, secus vero, quando dant aliquod munus examinatoribus, non vt approbetur idoneus cum sit alias sufficiens, sed ad captandam eorum beneuolentiam, similiter si daret aliquid pro dimissorijs sollicitandis, prout dicitur in ver. parochia, §. 1. & 2.

Octauo, patrimoniũ, quod datur alicui promouendo ad sacros ordines, an sit necesse, vt sit in stabilibus, siue in mobilibus, an quomodocunque, modo sit sufficiens?

Respondetur, quod quò ad euitandas pœnas, nempè suspensionem, sufficit, quod sit in rebus mobilibus, quò vero ad impletionem sacri concilij, debet esse in bonis immobilibus, ita Nauar. consi. 34. & 15. & 18. de tempor. ord. & sic posset constitui super annuos census, per clem. exiui, §. cumque annui census, de verb. signifi.

Nono, quia dictum est, posse quem promoueri ad titulum beneficij, & cum dimissorijs ordinarii loci, seu diœcesis, vbi est situm beneficium, intellige de beneficio, prout dictũ est, in uerbo ordo, §. quinto, sexto, septimo, decimo dubitatur si beneficium esset talis naturæ, quod requirat socium, v. g. est curæ, & seruitii requirentis socium simul cum beneficiato parocho, vel rectore, an iste socius possit promoueri ad titulum illius beneficii, siue portionis, siue societatis cum dimissoriis ordinarii illius diœcesis?

Respondetur ex Rebuf. in form. dimiss. litr. grat. numero 30. quod sic, & in dimissoriis poterit poni ad titulum portionis, vel seruitii, vel societatis, & ita uidi in Abbatia sanctæ Mariæ in Ilice Compzanæ diœcesis, quæ est iuris patronatus Principis Venusini, vbi Illustrissimus Cardinalis Gesualdus, qui est Abbas, seu commendatarius, tenet Rectorem, & socium perpetuum, hoc tamen intellige, si habeat sufficiens, unde viuat, prout dictum est, in ver. capellanus de mente sacræ congregationis, capitulo cum secundum Apostolum. de præb. & aliis allegatis a Nauar. in conciliis citatis, & ut dictus socius sit perpetuus, secus si temporaneus, prout a simili dicit Rebuf. de cler. & a qui. & a quo creent, numero 20. facit Conc. Trid. & bul. Pii V. & quod dos Ecclesię sit sufficiens pro rectore, & pro socio. Io. de Sylua. tract. de benef. prima parte, quæst. quinta, a nu. 168. vsque ad 174. & iste socius cum dicta sufficiente dote, seu portione porest intitulari in dicta Ecclesia, idem loc. cit. secunda parte, q. 22. nu. 5. de quantitate vero patrimonii, seu donationis, vide superius, §. 5. dub. quarto. Vbi nota, quod quando dixi alibi constitui summam ducatorum triginta sex, alibi vigintiquatuor, alibi plus, secundum qualitatem personarum, vel minus, intelligendum est de vsufructu annuo, & non de proprietate.

Diuortium.

CAVSAE diuortii, quo ad separationẽ tori sunt multę: prima sæuitia viri: scda ueneni pparatio, tertia furor, quarta hęresis, quinta crimẽ nefandũ: sexta fornicatio, & adulterium

terium, & ex coniecturis, & uiolentis suspitionibus, Couar. de sponsal. 2. par. cap. 7. §. 5. per totum, Syluest. in ver. diuortium, & in pract. mea pœnit. tit. 21. in praxi quomodo procedatur, vide Host. in sum. hoc tit. ubi habes practicam, & sicut vxorem accusare potest, ita econtra, & an possit uir propria auctoritate expellere uxorem, Couar. loc. cit. num. 11. dicit, quod non nisi sit notorium.

Doctor:

PRIMO, Doctor siue licentiatus in Theologia, uel in iure canonico, & in publica uniuersitate graduatus, non excusatur ab examine, quando petit sibi prouideri de aliqua parochiali ecclesia, ita sac. congr. declar. 298. in meis, cuius sunt verba pdicta formiter.

Secundo, irriti sunt doctoratus, in quibus fidei professio non fuerit adhibita, ita bul. Pii IIII. & sac. congregat. declaratio. 311. in meis cuius sunt uerba prædicta.

Doctrina Christiana.

QVAE nam sunt indulgentiæ confraternitatis Doctrinæ Christianæ?

Respōdetur, quod est uidere in bul. Pii V. quæ incipit, Ex debito, & Greg. XIII. bul. 21. quæ incipit, Illius, qui, & bul. seq. ubi multas habes Indulgentias confratribus societatis doctrinæ Christianæ concessas, & ibi hortatur prælatos omnes ad erigendas confraternitates doctrinæ Christianæ, inferioribus autem præcipit, & vt ardentius prælati eorumq; inferiores ad hmōi sanctum exercitium, officiumque accendantur, volui hic inserere bullam, vt fateor, ad Gloriam Dei, quod cum essem vicarius in Archiepiscopatu Compzano, & parochus Beneuenti, & modo Episcopus Minori per me ipsū functus sum munere huius sanctæ exercitationis, quam nec erubuit Dominus noster, quando inquit, sinite paruulos venite ad me, & alibi, nisi efficiamini sicut paruuli, & alibi, cum oraueritis, dicite, Pater noster, nec sancti Patres, ut Diuus Augustinus, & alii, qui codices integros de huiusmodi disciplina composuere, & vidi Archiepiscopū Neapolitanum Matiam Carafam interesse paruulis discepantib. de Institutionibus Christianis, nec dedignati sunt Summi Pontifices sancire bullas de hac materia, & præcipuè sanctissimus Dominus noster Clemens VIII. nil magis cogitat.

Secūdo, an parochus possit cogere clericos, qui sunt intra limites suæ parochiæ ad adiuuādum ei in docendo Doctrinam Christianam pueros?

Respondetur quod non, nisi vrbanè eos exhortari, Nau. cons. 6. nu. 6. de off. ord.

Indulgentias a Greg. XIII. huic confraternitati concessas, uide in fine libri.

Decimæ.

PRIMO, an Rector Ecclesiæ, cui decimæ debentur, possit interdici facere colono, vel domino fundi, ne fructus colligant, vel exportent, nisi eo præsente, uel eius nuncio, timens forte defraudari?

Respondetur quod sic, ita Addit. ad Cap. Tolos. q. 432. & si aliter se habet consuetudo, vel statutum Principis, & est timor de fraude etiam, potest facere interdici, ut ibi probat ex multis Doct.

Secundo, quo tempore debent solui?

Respondetur, quod de prædialibus, quando colliguntur fructus gl. in cap. reuertimini in ver. annus, 16. q. 1. & si bis in anno faceret fructus, bis essent soluendo, personales uero in fine anni, gl. ibi, & Innoc. in cap. pastorales, in uer. venduntur, eod. tit. Afflict. rub. 7. in constitu. quanto cæteris nu. 16.

Distributiones quotidianæ.

PRIMO, an vbi sunt sufficientes, uel tolerabiles distributiones posset ordinarius eas impinguare ex tertia parte fructuum, vel dignitatum?

Respondetur a sac. congr. declar. 471. in facto cuidam Reuerendissimo Episcopo: ea enim est

est summa illius capitis videlicet (sess.21.c.3.)vt huiusmodi fructus tantum assignentur distributionibus in his locis, vbi illæ aut nullæ sunt, aut ita tenues, vt facultatem præbeant negligendi,& inferius dicit, vt amplitudo illius Episcopi ab instituto desistat,annuens,quod si sunt tolerabiles,& sufficientes non impinguentur.

Secundo,quæ nam sunt,quæ ueniunt appellatione quotidianarum distributionum?

Respondetur,quod anniuersaria,mortuoria,& eleemosynæ,quæ veniunt in dies, & eisdem similia emolumenta,non videantur comprehendi sub fructibus,redditibus,prouentibus,iuribus,& emolumentis canonicatuum, nec sub distributionibus quotidianis,Nauar.cons.13.de cler.non resid.

ecclesia:

PRIMO,Ecclesia data a Papa,vel vnita alicui monasterio, non pōt illius possessio capi sine licentia Episcopi,c.pastoralis,de priuil.Nau.nu.60.de pœn.dist.6.

Secundo,Ecclesia si eius Eps,cum toto populo labitur in hæresim,vel schisma, nō ideo perdit suos honores,& priuilegia,Inno.in c.inter quatuor,nu.1.de maiorit.& obed.

Tertio,tribus casibus Ecclesia debet consecrari;primo,quando dubitatur,an sit consecrata:secundo,quando cremaretur vel in totum,vel in maiori parte:tertio,quādo rueret funditus,Inno.rubr.de consec.eccles.vel alt.& aliis casibus, prout in ver. pollutio, & Sylua.1.p.q.5.num.128.

Quarto,appellatione Ecclesię veniunt conuentus monachorum in fauorabilibus, Io.And.in c.2.de restit.in integ.lib.6.Caputaq.decis.289.1.par. & an appellatione ecclesiarum veniant hospitalia in odiosis.Gem.cum alijs quos citat in c.cupientes,§.hac generali.ver.& nota de elect.lib 6.dicit quod non.

Quinto,an Ecclesia,seu Capella longo tempore fundata,præsumatur fundata auctoritate Episcopi?

Respondetur,quod sic, Arch.in c.nemo,de consecr.dist.1.Fel.in c.sicut olim,col.15.de re iud.Franc.Bald.tract.de præscrip.2.par.3.princ.c.10.num.38.

Sexto,Ecclesia sancti Ioannis Lateranensis de Vrbe tenet supremum locum super omnes Vrbis,& orbis Ecclesias,Gregor.II.bul.1.Pius V.bulla 94.

Septimo,an appellatione Ecclesiæ veniant capellę? respondetur, quod sic. Cap. Tolos. q. 157. & sic legatum factum omnibus ecclesijs ciuitatis, censetur etiam factum Capellis collegiorum,prout in tot.tit.de Capel.monach.hoc tamen intellige de Capellis auctoritate Episcopi fundatis,c.nemo,de consec.dist.1.

Octauo,Ecclesiam si quis vult ędificare,uel ædificauit,cum assignatione competentis dotis,& Episcopus non vult præstare suum assensum,& hoc sine ratione, & absque causa,potest ille,qui ædificauit,habere recursum ad superiorem, vt vel cogat Episcopū ad præstandum dictum assensum,vel vt ipse superior det,seruatis alias de iure seruandis, c.nullus,de iure patro.& ibi Ab.eleganter,gl.in c. penul.in ver.teneatur, de rescr.lib.6. Sylua.1.par.q.6.nu.24.hoc tamen limita nisi Episcopus dictum assensum negaret rationabiliter,gl.ibi,in ver.offeratur.

Nono, Ecclesiam dirutam,si quis reædificauerit,an propter hoc acquirat in illa ius patronatus? respondetur quod sic,si reædificatio facta sit de consensu Episcopi.Staph.fol.92. nu.6.& 6.quia ista reædificatio est,ac si noua ædificatio:secus vero,si quis reædificaret Ecclesiā dirutā non totaliter,ēt de licentia Epi,quia modo,non acquiritur iuspatronatus;ratio diuersitatis est,quia in primo casu Ecclesia reędificata,est altera a prima,in secundo vero non;nec obstat,c.significauit de testibus,vbi per solam ędificationē Ecclesiæ de licentia Episcopi,etiam non aīo acquirendi iuspatronatus,fit quis patronus, qa loquit de totali noua Ecclę ędificatione,tñ ego censeo ꝙ in reędificatione Ecclesię non totaliter destructæ,poterit quis acquirere iuspatronatus,si Episcopus voluerit, quia interdum, plus est reædificare, quam de nouo ædificare, eo magis, quando esset ab omnibus

omnibus destituta, & habeatur pro derelicta, accedente dotatione, gl. in c. de fabrica, in ver. innouata de consecrat. dist. 1. & in ca. quanta, in ver. fundatores, de iur. patron. Gem. cons. 117. qd incipit, Iesu Christi, uide in ver. iuspatronatus, §. 2. circa ultimum.

Edicta, seu statuta, seu ordinationes.

ÆDICTA, statuta, seu ordinationes, factæ ab Episcopo, quando censentur reseruatę, seu sublatæ, nam reperiuntur multæ censuræ factæ a prælatis a multo tempore, etiã in congregationibus synodalibus, quæ transierunt in vim canonis, & sic perpetuę, quę non obseruantur?

Respondetur, quod tunc censentur sublatæ, quando per non vsum probatur cõtrarius vsus, seu consuetudo, vel per reuocationem factam a successore, & contrarius vsus, uel consuetudo, vel reuocatio ad tollendas dictas constitutiones, debet probari per uolentem, Dec. in cap. cum accessissent, col. 9. de consti. Caput Aqu. decis. 120. 1. par. & quod dictum est de edictis, & constitutionibus episcopalibus, idem censendum est de statutis legatorum, & bullis Summorum Pontificum, eorumque pœnis, prout dictum est in ver. confessio. & in uer. contractus censualis, vel per non vsum receptum, vel per cõtrariam consuetudinem, nisi iterum fuerint per successores innouatæ, & in uiridẽ obseruantiam reductæ, l. de quibus, ff. de legibus, & in cap. istis, §. leges, 4. dist. & ibi Dominicus. Couar. l. 2. c. 16. nu. 6. ver. 5. uar. Syluest. in uer. alienatio, §. 15. gl. in c. 1. de treg. & pace, & in c. alma mater, 1. par. §. 10. num. 2.

Eiecti:

EIECTI regulares per suos superiores a religione, quid agere debeant? dico primo, si iustè, vel iniustè, uide bul. de regula Sixti V. secundo, se debent præsentare corã Episcopo originis, & subdere se illius obedientiæ, & ab eo expetere, quid agere debeant. Panor. in c. fi. de reg. quia sub obedientia Episcopi viuere debent, postquam eiecti sunt Nauar. in c. non dicatis, 11. quæst. 2. nu. 34. tertio, an possint adire alium Episcopum? Respondetur, quod non sine facultate Episcopi originarii: quarto eiecti extra prouincias suas adeant Papam, vel si longè ab Vrbe, aliquem Episcopum, Nauar. lo. cit. quinto eiecti, seu incorrigibiles, non sunt tuti in conscientia, nisi se emendent, & in viam redeant: quo facto, si ad claustra reduentes, non admittantur, tunc tuti sunt in conscientia, Sot. lib. 7. q. 2. artic. 1. de iust. & iu. Syluestr. in uer. religio. 6. §. 12. & hoc pertinet ad Episcopum perquirere, an iustè, uel iniustè fuerit eiectus, Card. in clem. 1. §. quia uero, ver. addo quarto. quod nota pro quotidiana practica, nam multi sunt eiecti, etiam culpa sua, & relicto habitu regulari, viuunt clericaliter, & laxiori via, quam prius, & sic vt qd eis suus dolus patrocinetur cõtra regulam, sexto eiecti semel iustè, non possunt cogi a suis superioribus ingredi ad religionem, Nauar. loc. cit. nu. 36. uers. addo. septimo, patet ratione, quia iam functi sunt officio suo.

Eleemosina:

ELEEMOSINAS petere, aut mendicare per Ecclesias tempore diuinorum officiorũ pauperibus, non licet, Pius Quintus, bulla quinta, nec clerici possunt accipere eleemosynas ab hæreticis, Greg. 9 bul. 3.

Electio:

PRIMO electio, debet fieri in loco honesto, solito, omnes simul, non diuisi in uno loco, hinc fit electionem non posse fieri, si v. g. essent canonici, & singuli scribere uotum suum, quia necesse est, ut omnes simul, uel maior pars simul conueniat, Host. in sum. tit. de elec. §. ubi fieri debet, nu. 4. qd nota pro monialibus, & aliis, qa datur forma.

Secun-

Secundo electus debet consentire suæ electioni, sicut postulatus suæ postulationi, & præsentatus acceptare suā præsentationem, aliter non dicit ius ad rem, considerabile per regulam cancellariæ de non toll.fur.quæsito Gemi.in c.1.vers. oppono secundo de postul.lib.6.Gem.q.1.col.7.uer.1.habere locum, et ista acceptatio, seu consensus dat ius ad rem, etiam si superior dictam præsentationem non admittat, idem ibidem.

Tertio electio superiorum regularium quomodo fiat, vide in 1.p.in vers. Abbatissa §.6.& in 2.p.ver.regulares §.7.

Quarto an possit fieri, vel compromitti electio de certa persona determinata? Respondetur q non, quia electio debet fieri de vno ex pluribus Gem.in c. cum expediat quid si electores de elec.lib.6.

emphiteuta.

PRIMO, an ex diuisione emphiteuticarum rerum debeatur suscipi laudemium? Respondetur quod sic, Capel.Tolos.q.75.quod tamen fallit in diuisione necessaria, puta duobus fratribus diuidentibus hæreditatē, sed illud valet in diuisione, quando quis vellet vendere vnam partem vni, Cap.Tolos.lo.cit. & ibi Addit.

Secundo, emphiteusis quando non apparet, an sit perpetua, aut temporalis, in dubio præsumi debet perpetua, nisi aliter se habeat consuetudo, Couar.lib.3.c.10.nu.4. uar.resol.

episcopi.

PRIMO, Episcopus potest dispensare in irregularitate occulta, per c.liceat.etiam si fuerit contracta culpa ipsius episcopi, vel eo sciente, vel consentiente, uel mandante, Nauar.consl.97.de Sym.nu.12. & 13.

Secundo, Episcopus in aliena diœcesi exercendo pontificalia absque licentia ordinarij illius loci, etiamsi inaduertenter hoc faciat, etiam benedicendo calicem, uel corporalia, ita Nauar.cons.12.de cler.excom.celebr.& ita intelligitur sac.Conc. Trid.sess.6.c.5.de refor fit suspensus.

Tertio Episcopi, cuiuscunque ordinis professores, ad claustra suorum ordinum redeuntes, assumi non possunt ad officia, & dignitates. Pau.IIII.bul.45.

Quarto, Episcopi non citantur ad Curiam ab auditore Cameræ sine mandato Papæ. Pius IIII.bul.74.

Quinto, Episcopi non possunt priuari in criminalibus etiam notorijs, nisi detur copia, & facultas legitimæ defensionis, Leo.X.bul. 11.

Sexto, Episcopus ordinans familiarem suam iuxta sacri concilii dispositionem, non pōt cum eo dispensare in interstitiis, tam sacrorum, quam minorum ordinū, Nauar.consl. 12.de tempor.ordin.

Septimo, Episcopus exequi pōt legata pia facta in aliquo testō, ēt datis exequutoribus, si illi fuerint negligentes, ēt si non adeatur hæreditas, Cap.Tolos.q.89.quia legata pia nō subsunt solemnitab. iuris ciuilis, Addit.ibi, & Eps est exequutor, si testator non prouideat de exequutore, vel si prouideat, & ille esset negligens. Addit.loc.cit.q.112.

Octauo, Episcopus tenetur ad reparationem suæ ecclesiæ cathedralis, prout dictum est, in ver.parochia, §.15.uide Cap.Tolos.q.499.& ibi Addit. & per multa, hoc intellige, quando redditus sufficiunt.

Nono, ad Episcopum pertinet etiam exequutio testamentorum, etiam quo ad legata pia, & non pia, quando procedit ex officio, & in genere, non autem ad instantiam legatariorum, Cap.Tolos.q.152.ex Innoc.in c.nos quidem, de testam.

Decimo, Episcopus est exequutor actuum piorum, non solum morientium, sed etiam viuentium, quia de primo non est dubium, de secundo probatur per c.ex parte, de cens. & ibi Innoc.& in c.tua, de test. Capel. Tolos.q.135.

Decimo-

Decimoprimo, an Eps possit retinere domi mulieres non suspectas, vide,& distingue cũ Addit.ad q.448.& ipsamet questio, vbi habetur quod sic,maximè, quando non sũt diffamati,vel suspecti de incontinentia,sed ego addo, quod melius facerent euitando omnium mulierum contubernium, prout legitur in uitis patrum.

Decimo secundo,qui hostiliter animo iniuriandi insequuntur Episcopum, sunt excõicati per bullam Cœnę Domini,nam & si in c.fęlicis,de pę.lib.6. vbi disponitur de insequentibus animo iniuriandi Cardinales,non disponatur de Episcopis,tamen Pius V. illud extendit etiam ad Episcopos in bu.Cęnæ Domini: bene verum est,quod qui percutit,capit,vel bannit Episcopum, incidit in excommunicationem, clem.si quis sua, dente,de pęnit.vide Nauar.cons.32.de sent. excom.

Decimotertio, Episcopus uocatur Princeps Ecclesiæ, Ecclesi.45.in fi.& Principem fecit eum,& Sanct.Hilar.super Matt.& dr̃ habere pastoralem, & dignitatis fastigium,ca. ordinatos,59.dist.c.miramur,ver.principatus, 60.dist.& c.principatus,1.q.1.& dr̃ hr̃e dignitatis culmen,glo.in c.2.de præb.lib.6. Afflict.in const.post mundi,§.ad nos,itaq; 2.notab.nu.2.& antiquitus vocabantur Summi põtifices, & summi Sacerdotes,Car. in c.legum,2.q.1.Gom.in c.1.nu.18 de const.lib.6. & vocabantur sanctissimi in primitiua Ecclesia,& beatissimi,& Papa idem, nu. 23. vocabantur uicarij Christi, pupilla oculi Dei,& ita dixi in protestatione ad prælatos,sed vide D.Greg.in homil.de quinq. talen.& stimulum pastorum.

Decimoquarto,Eps habet priuilegium,ut possit confiteri peccata sua Sacerdoti, etnon approbato,Nauar.in c.placuit nu.52.de pœn. dist.6.& dixi,in fine, in pract.mea pœ: c.15.q.2.conclus.4.& q.20.& superius,in ver.absolutio, §. 12. Nauar.cons.12.de pœn. & remiss.a contrario sensu,quicquid dicat Apost. ibi, & idem dicendum est de Illustrissimis Cardinalibus, qui non solum habent eandem iurisdictionem in suis titulis, quam habent Episcopi in suis diœcesibus,sed habent plura priuilegia,quam Episcopi, vt patet vulgatis,& sic consului cuidam docto,ac pio caudatario,& Capellano Illustrissimi Cardinalis Cornelii,qui a me petiit hoc dubium Romæ in Ecclesia sanctæ Mariæ Angelorum,hoc tamẽ fallit in Iubilæo,vbi dr̃,quod qui voluerit lucrari illius gratiam,confiteri habeat peccata sua vni Sacerdoti, ex approbatis ab ordinario, Nauar. cons.cit.

Decimoquinto, Episcopus si reditus sunt tenues,quod non sufficiunt pro victu,& vestitu sibi,& familiæ suæ,tunc põt portionem,& partẽ fabricæ, & pauperum conuertere in suum victum,& vestitum,c.episcopus, 10.q.2. Affl.in const.quanto cæteris, nu.35.

Decimosexto, Episcopus, seu vicarius, an possit accipere duos ducatos, vel aliquid pro actuario pro ferenda sñia, Affl.in const.iudiciariis,notab.3.num.4.dicit quod non,nec valet consuetudo in contrarium,& ita dicit se consuluisse Archiepiscopo Neapolitano: tamen video obseruari oppositum vbique.

Decimoseptimo, episcopus suspensus potest conferre beneficia, nisi primo sit suspensus ab officio,& iurisdictione,secundo nisi sit in duobus casibus,bul.Mar.V.quia tunc debet euitari, Host.in sum.tit.de elect.nu.7. Doct.in c.si celebret, de cler. excom.& in ca. tanta,de excep.præla.vide superius in uer.excommunicatio. de caus.os. §.3.

Decimooctauo, Episcopus potest delegare,ea quæ sunt iurisdictionis,sed non ea,quæ sũt ordinis,puta causas ciuiles,criminales,& mixtas,& alia, sed non chrismare, ordines conferre benedicere moniales, Hos.loc.cit.de off.deleg.§. quæ delegare possunt,nu.6.

Decimonono, Episcopus non potest delegare causam clerici laico, & hanc dicit esse commũnem,Ripa in c.decernimus,nu.34.de iud.nec clerico,& laico simul, Dec.in d.c.nu. 3.in fi.vt refert Rolan.cons.4.n.4.lib.5.Clar.q.41.uer.quæro nunquid. nec clerico coniugato, Ripa loc.cita.nu.64.hoc intellige parte contradicente,uel quando delegaret ad vniuersitatem causarum, secus vero quando delegaret vnam causam ciuilem clericorum laico.Fel.

Vige-

Vigesimo, Episcopus an possit habere familiam armatam pro functione officii curiç suç, vide Abb. in c. significasti, nu. 10. de off. deleg. & Fel. ibi, nu. 8. & Oldrad. consi. 89.

Vigesimoprimo, Episcopus potest carcerare laicos, & punire eos, quando hoc legitimè præscripserit, vel habet consuetudine, Clar. q. 37. versi. vnum tamen.

Vigesimosecundo, Episcopus debet assistere inquisitorib. in negocio fidei exequendo, Alex. IIII. bul. 13.

Vigesimotertio, Episcopali sede vacante, omnia beneficia uacantia, tam curata, quam sine cura Pius V. bul. 161. quæ incipit, Sanctissimus, sibi reseruauit, sed dubium videtur, an ista reseruatio sit perpetua, videtur, quod non, quia dicitur ibi dispositioni suæ reseruauit, & hoc facit si vacauerit aliquod beneficium infra semestre, in quo Episcopus sumit possessionem sui Epatus, & hēt alternatiuā, uel uacatio contigerit in mēse Epi.

Vigesimoquarto, episcopi familiares indistinctè gaudent priuilegio fori, competenti episcopo, ut in c. fin. de offi. Archid. & ibi hoc tenent communiter Doctor. ita in proprijs terminis dicit Alber. in l. 1. cap. de epise. & cler. & ibi etiam Panor. vide plenius Capyc. decis. 12. num. 1. & 3. adeo quod si delinquunt, ipse Episcopus cognoscit de eis, & nō iudex sæcularis, & īr familia gaudet priuilegio Dñi, vt notat in l. 1. & 2. & ibi Bal. c. de epi. & cler. Affli. in cōst. Magnæ Curiæ, notab. 4. n. 4. i fi. Rebuf. trac. de benef. in for. dimiss. lit. n. 30. & palatium episcopi gaudet immunitate Eccl. vide in uer. palatium.

Vigesimoquinto, Episcopi præcedunt prothonotarios, etiam illos quatuor, qui sunt de numero, tam in Vrbe, quam extra, Pius II. bul. 2. quæ incipit, cum seruare.

Vigesimosexto, Episcopus a Pontificalibus, si celebret in Pontificalibus, non est irregularis, quia pontificalia non sunt de substantia celebrationis, quia sine his potest Episcopus officium suum expedire, Host. in sum. tit. de dispen. §. sunt aūt, ver. quartodecimo.

Vigesimoseptimo, Episcopus potest dispensare, & disponere in omnibus exceptis in reseruatis a Papa, & illa oia dnr Epo concessa, quæ sibi lator canonis non reseruauit, nā ea vīr alijs indulsisse, c. nuper, de big. Host. in sum. tit. de dispen. §. pmissa, nu. 3. in fine.

Vigesimooctuo, Episcopus potest dispensare in hæresi, §. presbyteros, c. si quis presbyter. 50. dist. Host. lo. cit. §. permissa. num. 3. hoc tamen intellige, prout in uer. absolutio. § 8.

Vigesimonono, Episcopus qualibet die Dominica debet celebrare, c. Eps, de conse. dist. 4. nisi iusta de causa impeditus esset, Host. in sum. tit. de scrutinio. §. quando, ppe finem.

Trigesimo, Episcopus quando indiget, potest cum conscientia per sententias delinquentes pęna pecuniaria mulctare, ac eam in proprium victum expendere, Couar. l. 2. cap. 10. nu. 9. ver. 5. var.

Trigesimoprimo, Episcopus quis non potest dici quousque consecretur, capitulo tua nuper, de his, quæ fiunt a prælat. Staph. nu. 231. nu. 8. & a die propositionis in concistorio uocatur electus, prout in pontificali.

Trigesimosecundo, an, & qn possit Eps dispēsare cōtra cōcilia gñalia, & sic contra canones, & pontificias sanctiones, vide in c. tali, & c. exigunt, 1. q. 7. veluti ex magna cā, vtilitate, vel necessitate, Staph. f. 80. nu. 6.

Trigesimotertio, Episcopi æquiparantur personis Illustrib. vt notat gl. in c. 2. de off. leg. li. 6. Gem. in c. fin. de sent. & re iud. eod. lib. imò ipsemet tex.

eucharistia:

AN possit dari Euchatistia condemnatis ad mortem? Rñdetur, quod sic, c. is cui, 26. q. 6. c. quod in te, de pœni. & remiss. ubi habetur, quod Eucharistia debet dari prope morituris, nisi consuetudo esset in contrarium, vel parum distaret inter sumptionem Sacræ Eucharistiæ, & mortem, vt quia eodem die, vel post duas, vel tres horas,

Nau.conſ.40.de pœn.& remiſſ.propter reuerentiam ſpecierum ſacramentalium, ꝓut dictum eſt ſuperius in uer.damnati.

Examen.

PRIMO, examen in criminalibus regulariter non poteſt committi, c.cum cauſa, & ibi Bal.de teſtib.cog. tamen conſuetudo hoc poteſt introducere, & vidi ita obſeruari.

Secundo, examinatus ſi petit tempus ad reſpondendum in criminalibus, & in cauſis ꝓprijs, non eſt ei concedendum Salyc.in Auth.offeratur, nu.6.c.de lit. conteſt. & Caſt. ibi, nu.5.& 11.Bal.in l.cum falſum, ff.de acqui.poſſ.

Tertio, examinatus poteſt cogi, ut iuret, Clar.q.45.verſ.ſed quæro, & ita ſeruatur in praxi, nam teſtis non iuratus non probat, prout in ver.teſtes, §.4.

Excommiſſæ.

EXCOMISSÆ, ſeu ſponſiones, pro electione Summi Pontificis prohibentur per Pium III.bul.81.ſub pęnis arbitrarijs, vltra irritationem, & ſic etiam audiui prohibuiſſe Greg.XIIII.

Executor.

PRIMO, Si aliquis impetrauerit beneficium à Sede Apoſtolica, non expreſſo vero valore, & poſtea vel conſcientia ductus, vel executore id petente, & diſcoperta fraude quid agendum?

Reſpondetur, quod poterit impetrari (perinde valere) expreſſo maiore valore, & ſoluere annatæ partem, quam non ſoluit propter expreſſionem minoris valoris, Nau.conſ.29. de pœn.& remiſſ.

Secundo, an liceat appellare a collatione executoris?

Rñdetur ꝙ ſic tam ſi executor eſt merè executor, q̃ ſi aſſumit partes Iudicis: ſed eſt dr̃ia, nã qñ appellatur a geſtis per executorē merum, appellatio dr̃ antea iudicialis: qñ appellatur a geſtis executoris aſſumentis partes iudicij, dr̃ iudicialis, Gem.in c.ſi.qs, ver. nota vnum, de except.li.6.Inn.in c.ad diſſoluendum, de diſpenſ. impub.quod executor poſſit aſſumere partes iudicis patet in c.dudum, de præſump.

excommunicatio.

PRIMO, Excommunicatio an poſſit fieri de reb.ſubtractis in generali, ſeu vniuerſaliter, ſiue in confuſo, verbigratia, ſi quis vellet impetrare excommunicationem ab Ordinario, vel a Papa contra aliquem, dicẽdo contra quoſcunque, qui furati ſunt bona mea, vel ſcripturas meas, &c?

Reſpondetur ex bul.Pij V.quæ eſt 133.& incipit, Sanctiſſimus, quod non, niſi exprimatur re ipſa, de qua agitur, ipſius valorem nominatim, & ſpecificè: verbigratia, ſi quis furatus eſt oues meas, vel veſtimẽta mea, aĩalia, pãnamenta, talis valoris, ſcripturas talis conditionis, & importantiæ, hoc tñ fallit, niſi forte fiat excõicatio pro reb Eccleſiæ, locorũ piorũ, cõmunitatũ, vniuerſitatũ, collegij, vel ad vniuerſaliũ ſucceſſorũ inſtantiã, quoꝗ veriſimile ẽ, certã rerũ notitiã ñ hr̃e, tũc etenim hac ipſa pſonarũ qualitate expſſa, ita demũ fieri poterit, q̃dã ĩ gñe deſignatio rerũ, ſi deſignatio neq; nimis vaga, & incerta atque iõ inueriſimilis ſit, vt rñ oſtendat res ipſas minimè vulgares exiſtere, hæc Pius V.quæ ſunt notanda pro practica quotidiana, & addo ex concilijs Mediolanenſib. qd excõicatio nõ dẽt fieri ꝓ re oĩno occulta, ſiue incerta, nec ꝓ re oĩno publica, quia excõicatio per accidens exercetur in reb.deꝑditis, vt ait Sot.4.ſent diſtin.22. q.1.art. 2.

Secundo, an excommunicatus contumax debet abſolui, ſi comparuerit?

Reſpon-

Respondetur ex Sac.Cong.declar.347.in meis in hæc uerba,excommunicatus, tanquã contumax pro contumacia,si coram ordinario compareat,& paratus sit stare iuri,debet per eundem absolui.

Tertio,quę differentia sit inter participantem cum excommunicato, & participantem cum interdicto,vel suspenso,nam regulariter participans cum excommunicato incurrit excommunicationem minorem,& peccat venialiter,fallit in tribus casibus in diuinis,vel in crimine,vel contemptu,Couar.in c.alma mater,1.p.§.3.nu.7. participans vero cum interdicto,vel suspenso,in quib.est suspensus,vel interdictus,peccat mortaliter,Nau.in c.j.§.laboret,n.18.de pęn.dist.6.sed vide Cou.in c.alma mr̃,2.p.§.1. nu.10.

Quarto,Iudex Ecclesiasticus præcipiendo, ne fiat aliquid sub pœna excommunicationis,quæ est comminatoria,si quis contrafecerit,an possit illum declarare excommunicatum antequam,vel absque eo,quod eundem excommunicet?

Respondetur primo,quod malefacit iudex peruertendo ordinem, nam ordo est,vt primo excommunicet cõminando,postea citet ad dicendum, cur non debet excommunicari,deinde hoc peracto,iterum ad dicendum,cur non debeat declarari, immo aliqui addunt quartum,vt citetur ad dicendum cur non debeant affigi cartulones, vel expectare decem dies, antequam eos affigat, quia illo termino durante poterit reus appellare a declaratione,vt patet iurib.vulgatis,quod nos improbauimus, in ver. appellatio,§.14.tamen Nau.consi.3.de sent.excom.pro vtraq; parte dicit,quod ille sic declaratus est excommunicatus,& declaratus,& sic tenetur euitari,per extrauag.ad euitanda,prout superius in uer.excõicatio,de caus.form.dub.2.Dico secũdo,quod si q̃s inciderit in aliqđ,qđ si q̃s fecerit incidit in excõicationẽ latæ sniæ, nõ p̃t declarari absque citatione,& si declaratur absq; ea,declaratio est nulla,Nau.cons.4.de sent.excom.

Quinto,iudex declarans aliquem excommunicatum, uel incidisse excommunicationem ipso iure,sine citatione illius,qui est declarandus,declaratio est nulla,gl in clem. præsenti,in uer.constiterit,de concess.& in cle.2.eod. uer. pęnit. & Nau. consil.4. & 9.nu.4.de sent.excom.

Sexto, licet per appellationem non suspendatur executio excommunicationis, & aliarũ censurarum,prout dictum est multis in locis,& habetur,c.pastoralis,§.verum de appella.quia excommunicatio trahit secum executionem inuisibiliter,& animam ligat, & sic in omnibus sententijs censuræ,Gem.in c.2.ver.item quia,de const.li.6. tamen suspenditur eius declaratio,gl.in c.cupientes,§.quod si per viginti,in ver.priuaus, de elect.li.6.Nau.cons 6.de sent.excom.& stãte ac appellatione, non tenetur vitare alios nec vitari ab alijs iuxta extrauag.ad euitanda Mart.V.Nau.consi.9.nu.5.

Septimo,an possit excommunicari vniuersitas,siue collegium,siue capitulum?

Respondetur,quod regulariter omnes dicunt,quod non,cum sit quoddam inanimatum, tamen si de facto excommunicetur,tenet excommunicatio,gl.in cap. demaria,§. in vniuersitatem,in uer.punctus,de senten.excommu.lib.6.Syluest.in ver.excommunicatio,primo,num.10.Sot.4.Sentent.distinct.22.quæst.2.art.2.& de facto vidi excommunicari a Sede Apostolica vniuersitatem terræ Montis Fusculi Beneuentanę diœcesis ad instantiam Ascanij Colonnæ Cardinalis Abbatis Sãctæ Sophię Beneuẽti,pro quadam cõtrouersia inter ipsum Abbatem,& dictam vniuersitatẽ supra quoddã feudo,qđ vulgo appellatur,loco couante anno 1593.hoc tñ limitatur qñ excõicaretur capitulũ, siue collegiũ,siue vniuersitas,& singuli illius,q fuerunt culpabiles,Nau.cons.7.& 8.lo. cit.fallit secundo in suspensione,quia licet capitulum, & collegium non possit absolutè excõicari,põt tamen suspendi,c.sententia,de sent.excom.lib.6.Nau. consi. 8. & 9 numero 1. & 7. & quando excommunicatur vniuersitas, solum ligantur illi qui culpabiles fuerunt,Couarr. l.2 capitu.8.colum.penult.variar. non sic in interdicto,vbi ligantur etiam innocentes.

Octauo,si quis episcopus facit ordinationem sub excommunicatione latæ sententię, ne

D 2 scriban-

scribantur literæ monialibus, si aliqui scribent eis, sed literæ non perueniant ad manus illarum, vt quia aliquæ personæ intermediç eas illis legent, an ligetur excommunicatione ille, qui scribit?

Respondetur, quod sic, quia uerba sunt intelligenda cum effectu, secus uero si literæ, nullo modo, nec legantur, nec tradantur illi, cui scribebantur, quia modo solus est quidam conatus, Nau.cõs.19.lo.cit.& ꝑ primo dicto facit Sym.de carhol. inst.ti.11.numero 8.

Nono, quia dictum est, in uer. excommunicatio dub.3. quod nos tenemur euitare excommunicatum solum in duobus casibus, primo in notorio percussore clerici, secundo in denunciato per cedulones? Quæritur primo, an dicatur notorium, si quis regularis, vel presbyter iniecerit manus violentas in aliquem regularem in refectorio, vel presbyterũ in c.vel sacristia, vbi adsunt plures regulares, vel presbyteri, vel ꝑsonæ?

Respondetur affirmatiuè, Nau.conf.25.lo.cit.hoc tamen temperarem, quando essent sex, vel plures personæ, prout superius in ver.excommunicatio, de cau.for.dub.3.ver.quintum. secundo, an sufficit fama de denunciatione, verbigratia, si duo, vel plures, vel fama dicat, talem esse excommunicatum, & denunciatum in tali loco, an propter hoc teneamur illum euitare, & uidetur quod non, per ea, quæ dicit Couar. in ca. alma mr̃, 1.par.§.9.nu.8. tamen oppositum tenet Nau.conf.59.nu.2.eod. tit. quod mihi videtur verius: ratio est, quia sicut antiquitus, ante bul. Matt. V. sufficiebat sola fama ad euitandum excommunicatum, etiam nondum denunciatum, cap. illud, de cler. excommun. minist. ita etiam iure nouo videbitur sufficere sola fama de denunciato, non obstat dictum Couar. quia loquitur de solo denunciato per sententiam, & non publicato per cedulones, & sic videtur, quod sunt necessarij cedulones.

Decimo, si aliquis fuit excommunicatus per contumaciam, an debeat absolui antequam soluat pœnas, seu expensas contumaciæ?

Respondetur, quod potest absolui, & peti pęna contumaciæ, Cap.Tolos.q.2.& exemplificat in filio familias excommunicato.

Decimoprimo, si aliquis fuit excommunicatus per iudicem domicilij, sub conditione, vt infra mensem soluere habeat, & ante diem conditionis, transtulit domicilium, nũc adueniente termino, sit excommunicatus, Io. Andr. in Mercuria. in reg. iur. Cap. Tolos q.377. in Addit. dicunt, quod sic.

Decimosecundo, mulieres, & si ob clerici percussionem, non sunt mittendæ Romam ꝑ absolutione, sed possunt ab Episcopo absolui. cap. mulieres cum vulgatis hoc tit. tamẽ in alijs dispositionibus, vel bullis summorum Pontificum, vbi excommunicantur mulieres transgredientes cum reseruatione, non possunt ab Episcopo absolui, quod facit contra mulieres ingredientes monasteria virorum, vel mulierum, ob bullam Pij V. & Greg. XIII. vide Nau.conf.46.hoc tit. hoc tamen temperarem, nisi stante necessitate, vel impotentia, prout dictum est superius, nam non vr̃ aperta ratio diuersitatis.

Decimotertio, capitur clericus, etiam in sacris constitutus noctu a satellitibus cum armis, qui clericus ne ducatur ad suum Episcopum, dat arma satellitibus, quibus acceptis, illi dimittunt eum, an Episcopus hoc cognito, possit cogere satellites illos ad restituendum arma dicto clerico?

Respondetur quod non, quia licet clericus sit persona Ecclesiastica, tamen arma non sũt res Ecclesiæ, Nau.conf.28.hoc tit. Couar. lib.2.col. vlt. var. resolut.

Decimoquarto, iudex laicus arrestãs, seu carcerãs, seu mandatũ faciẽs clerico notoriè in sacris existẽti, vel examinãs illũ tanq̃ principalẽ quo ad se, & testẽ quo ad alios, & retinens eũ post dictũ examẽ, q̃uis postea restituerit eũ suo Ep̃o petenti, rñ incurrir excõmunicationẽ Cęnæ Dñi, Nau.conf.35.lo.cit.& in Manua.c.27.num.70.per clausulam bullæ Cęnæ Domini, vbi habetur capiendo, processando, &c.

Decimoquinto, quod principalis teneatur reuelare, vide Nauar.conf.38. numero quinto, uersic. (nisi quando principalis haberet penes se scripturas priuatas, q̃ nõ reuelarẽt

partem

partem aduersam, vel præscripserit bona, de quibus agitur, vel putat se possidere bona fide, & bñ & iustè, vel interuenisse oẽs solẽnitates in scripturis antiquis, licet nõ appareant in scripturis, modo repertis, quia in antiquiorib. præsumitur interuenisse omnes solennitates extrinsecas, & intrinsecas, prout dixi in ver. alienatio, §. 10. nec tenetur reuelare ille, quem pars principalis consuluit, nec Aduocatus, & Procurator, vel quispiam, nam quando fiunt monitoria huiusmodi, debent intelligi contra illos, qui iniustè detinent, vel scientes, qui teneant iniustè, Nau. lo. cit. nu. 6. ver. 7.

Decimosexto, excommunicatus propter clerici verberationem, si contra eum inquirit iudex ecclesiasticus, & iudex sæcularis, cum in iure canonico ponatur una pœna, & per ius ciuile altera, an possit puniri ab vtroq;, & duplici pęna mulctari?

Respondetur, quod non, Nau. c. 1. Deus non iudicat bis in idipsum: tamen oppositum est verius, gl. in cap. parochianos, de sent. excom. in uer. satisfaciant, Bald. in l. 1. col. 9. ver. modo circa hoc, cap. de sum. trinit. & fid. cath. Afflic. in const. pactarenorum, n. 57. ratio est, quia vna iurisdictio debet aliam adiuuare: ad dictum Prophetæ, respondetur ꝙ intelligitur ęternaliter, secus uerò temporaliter.

Decimoseptimo, excommunicationes factæ in synodalibus prouincialibus, vel diœcesanis, sunt perpetuę, quia censentur factæ a iure, & habent vim canonis, Addit. in Host. tit. de sent. excom. l. 1. nu. 5. in fo. & Host. cit. §. quis valeat iuxta finem, sed istæ excommunicationes possunt tolli non vsu, vel contraria consuetudine, prout dictum est superius, in ver. edicta, seu statuta.

Decimooctauo, laici capientes clericum de mandato Episcopi, si verberant clericum, se defendentem, non sunt excommunicati, si hoc exigit rebellio clerici, cap. vt famæ, §. fi. de sent. exc. in sum. eod. tit. §. super illo autem, ver. 12. nu. 4.

Decimonono, an clerici damnati ad triremes possunt vapulare à ministris tritemium, sicut vapulant alij, absq; incursione excommunicationis?

Respondetur, quod sic, cum sint depositi, & aliquando degradati, sed si sunt tantum depositi, idest degradati verbaliter, quia retinent priuilegium canonis, vel sunt condemnati ad tempus, tunc similiter, sed si excedant verberando incurrũt, ita magister meus in publica lectura, & seruat in praxi gl. in c. degradatio, in ver. priuilegio, de pęnis, li. 6.

Vigesimo, quia dictum est posse patrem, filium, maritum, & fratrem absq. excommunicatione occidere clericum inuentum turpiter cum filia, sorore, matre, & vxore, an si quis non posset per seipsum hoc facere, valeat per mediam personam? respondetur, qđ sic, prout probat Couar. de spons al. 2. p. c. 7. §. 7. nu. 5. sicut patri, magistro, & superiori, licet castigare filium, discipulum, subditum, etiam per alias personas, Tabie. in ver. excommunicatio. quinto.

exempti.

PRIMO, quia dictum est, ver. exemptio, Capellanos Regios, & alios gaudere exemptione, dum actu seruiunt, & non alias, comprobatur per ea, quæ dicit Afflict. in constit. Magnæ Curiæ, notab. 4. nu. 4. quod officiales Regis gaudent priuilegio exemptionis, dum assistunt seruitijs Regijs.

Secundo, si quis prætẽdit esse exemptus a uisitatione, vel coertione, debet probare pscriptionẽ immemorabilem, q̃ si non probatur, non præsumitur, Caputaq. dec. 391. par. 3.

Tertio, Ecclesia exempta ratione fundationis, & dotationis, quamuis non possit visitari ab Epo, ut ordinarius, pt tñ ab eo, vt sedis Apostolicę delegato, sac. cong. declar. 418. in meis, q̃ rñdit in facto p uerba prædicta, de quadam lucensi collegiata San. Michaelis.

Quarto, exempti non sunt religiosi cuiuscunque ordinis, etiam Sedis Apostolicæ capellani a subiectione suorum superiorum. Greg. x i. bul. 2.

Quinto, exemptio præsumitur, & acquiritur, per quasi possessionem quadraginta annorum, c. de quarta, de pręsc. Nau. cons. 8. nu. 3. de rescrip.

Sexto, circa subcollectores, vel commissarios Reuerendissimi Nuncij in hoc Regno Neapolitano, audiui, & uidi gaudere exemptione ab ordinarijs, singulos in singulis dioecesibus constitutos, & ita practicatur hodie communiter: hinc emergit aliud dubiũ, an subcollector, seu commissarius constitutus in una dioecesi, sit exemptus a iurisdictione alterius diœcesis, & videtur, quod sic, nam ita vidi, & audiui responsum fuisse ab illustrissimo Iacobo Aldobrandino Nuncio in hoc Regno Neapolitano in facto Archiepiscopo Beneuentano, nempe, subcollector vnius diœcesis est exemptus in toto Regno Neapolitano, de anno 1596. & potest esse ratio, quia est priuilegium officij, nõ loci, vel personæ, prout priuilegium canonis, si quis suadente, 17. q. 4. & in facto quidam presbyter Beneuentanus, qui erat subcollector in diœcesi Larinensi, solum reliqt Beneuenti, & Archiepiscopus volebat eum castigare, tamen Nuncius petijt remissionem causæ, & fuit remissus. facit quod dixi superius in ver. beneficium, §. 2. ver. 9. nempe quod sola deputatio subcollectorum causat beneficium affectum, seu reseruatum.

Septimo, exempti clerici, uel in sacris, vel beneficiati, ratione habitus clericalis, & tonsuræ, & beneficiorum subsunt locorum ordinarijs, eorumque pœnis, sac. Cõc. Trid. Ses. 14. ca. 6. de refor. clem. 1. & ibi gl. in ver. nominatim, de uit. & hon. cler.

Octauo, an sint exempti referẽdarij a iurisdictione ordinariorũ, vide in uer. referẽdarij.

Fabrica ecclesiæ.

PRIMO, fabrica Ecclesiæ ualet consuetudo, ut a parochianis fieri debeat, similiter & eius reparatio, Rebuff. de dispen. rat. ætat. n. 77.

Secundo, quando hæredes sunt negligentes per triennium, seu alias a die mortis in exequendis legatis piis, circa missarum celebrandarum, & diuinorum officiorum celebrationem, commissarij fabricę medietas sibi, alia medietas loco cui reducta fuit, Pius V. bul. 96. quæ incipit, Exigit, & quia vr̃ clare, quod solum in legatis temporaneis nõ perpetuis isti commissarij se possunt intromittere, vt si quis reliquerit Missas celebrandas perpetuo, & aliquis presbyter fuit de illis prouisus, vt fit in capellanijs, & exigere incepit bis, uel semel, vel pluries, si hæredes defecerint per aliquot annos, non potest cõmissarius fabricę in hoc se intromittere, quia sunt loco sacrificiorum, & onera perpetua, sed si a principio hęres fuerit negligens ad exequendum, & soluendum, tunc hẽt locum bulla Pij V. & cõmissarius potest compellere ad soluendum iam omissum, & de eo sumere medietatem, sed in posterum, vt soluatur Sacerdoti celebranti, & hoc nota, licet post lapsum vnius anni, Pius IIII. bulla 58. de qua in uer. Notarij. & illud erit onus ordinarij.

Familiares, & Seruitores Prælatorum.

FAMILIARES, & Seruitores Pręlatorum, salaria pro biennio tantum petere possunt, & infra annum a die mortis obitus illorum. Paul. III. bul. 43. quæ incipit, Cum sicut & Pij V. bulla 33. quæ incipit, Cupientes.

Familiares Papæ, qui dicantur, uide bul. Paul. III. quæ est 78. & 79. ubi omnes, qui hẽnt panem a Palatio, dicuntur veri familiares, & bul. Iul. III. quæ est 44. & incipit, Sãctissimus, & Pij V. bul. 33. quæ incipit, Cupientes, vbi etiam declarat ordinationem seruandam in satisfaciendis creditorib. Prælatorum in Romana Curia decedentium.

Familiares Cardinaliũ q dicantur, vide Gom. in regula de impet. benef. p ob. fam. Car.

Familiares Episcopi, an gaudeãt priuilegio fori, dic, qđ sic, & vide sup. in uer. Epi. §. 23.

Fidei professio.

BENEFICIATVS, qui tenetur facere fidei professionem, iuxta Sacri Concilij dispositionem, sessi. 24. capit. 12. cap. 18. Sessio. 25. c. 2. de refor. põt illa facere p Procuratorẽ. ita Nauar.

sta Nau.consi.11.nu.2.de iureiur.sed Apostilla ibi dicit aliter censuisse Sacrã Congreg.

Fustigatio.

PRIMO, si aliquis ecclesiasticus condemnetur ad fustigandũ, uel ad triremes, & fustigetur, & remiget, an per hoc censeatur irregularis?

Respondetur, quod si delictum fuit verum ob quod fuit condemnatus, fustigatus, & remigant est irregularis in vtroque foro, si vero ex falsis testib. uel vi tormentorum ob delictum, quod non fecerat fuit condemnatus, est quidem irregularis in foro exteriori secus vero in interiori: ita consuluit Nau.consi.17.de hæret.& consi.17. facit capitulo tantis Daniel, 81 dist.cap.omnipotens, de accus.quia ictus fustium inducunt infamiã, l.ictus fustium, ff de his qui not.infam.& c.infamib.de reg.iur.li.6.clauduntur ianuæ dignitatum.

Secundo, an clerici possunt verberari, vel fustigari?

Respondetur, quod sic, si ita expostulat suum delictum, Clar.q 70.ver. etiam pœna. sed non multum videtur in usu, licet intra palatium posset hoc fieri. Host.in sum. titu. de cler.percuf.§.in quo casu, & in alio loco melius.

Festa.

PRIMO, Festum Visitationis Beatæ Virginis, quando fuit institutum, vide Bonif. IX. bul.1.vide Illustrissimum Cardinalem Baronium in Martyrologio.

Secundo, de festo Sanctissimi corporis Christi, eius celebratione, & Indulgentijs, vide Mart.V.bul.6.quæ incipit, ineffabile & Eugen.IIII. bulla 4. q̃ incipit excellẽtissimũ.

Tertio, an Episcopus possit indicere festa, quæcunque voluerit populo seruanda?

Respondetur, quod si noua, uel vetera, quæ omissa fuerant, voluerit populo indicere, dẽt habere populum laudantem, idest consensum illius, Nau.consi.6.nu.31.de constitu.ita etiam de ieiunijs, & ita ego consului in conc.prouinciali Amalphitano.

Gabella.

CLERICVS vendens bona, quę facit in rebus suis, si uendit ea in territorio suo non tenetur portorium, seu gabellas soluere, licet sit imposita in eo territorio iuridice: similiter si mittit ea dono extra territorium, non tenetur soluere gabellas, fallit si causa negociationis, Nau.consi.4.nu.3.de immunit.ecclesiar.

Græci.

PRIMO, Græci subiecti sunt iurisdictioni ordinariorum, in concernentib. Dei cultum, Sacramentorum administrationem, animarum salutem, & hæresum extirpationem. Pius IIII.bul.97.quæ incipit, Romanus: de eorum vnione cum Ecclesia Latina, vide Eugen.IIII.bul.5.quæ incipit, Lætentur. licentiam celebrandi datam ipsis Græcis reuocauit Pius V.bul.17.quæ incipit, prouidentia.

Secundo, Latini non possunt celebrare Gręco ritu Missas, & alia diuina officia, Pius V. bul.17.quæ incipit, prouidentia.nec ècontra, idest Græci non possunt ritu Latino celebrare Missas, vel diuina officia, Greg.XIII.bul.48 quæ incipit, Apostolicæ.

Horæ Canonicæ.

EPISCOPVS potest etiã sub pœna excõicationis latę snię pcipere clericis, ut adsint horis Canonicis, in casu notabilis negligẽtię, Host.in sum.ti.de sen.exc.§.quis valeat

Hæretici:

PRIMO, Hæreticos inquisitos non potest Episcopus torquere, nec ad diffinitiuam contra eos procedere, nisi consultatis inquisitorib. Nauar. consi. 1. de hæret. num. 3. & praxis est, fabricato processu informatorio, consulere Illustrissimum Cardinalem Præfectum officio Sanctæ Inquisitionis, & exinde expectare responsum, & ita vidi practicari, & practicaui.

Secundo, hæreticorum libros legens, nō incurrit excommunicationē latā in bulla Cenæ Domini, cōtra hæreticos, sed incurrit excōmunicationem latā cōtra legētes libros hæreticorū sine licētia Sedis Apostolicæ, Nauar. consi. 5. num. 1. loc. cit. sed in clausula bullæ Cenæ Domini excōmunicantur papali excom. verū, Nauar. potest intelligi, quādo ex curiositate, non malo animo, prout in pract. mea pœniten. c. 21. q. 20.

Tertio, hæreticalia verba, vel male sonnatia, etiam facetè & iocosè dicta pōt cognoscere, castigare Episcopus, prout exemplificat Nauar. consi. 8. lo. cit.

Quarto, an Episcopus vigore, cap. 6. sess. 24. Concil. Trid. possit absoluere ab hæresi occulta, uel casibus reseruatis a Summo Pontifice, etiam in bulla Cœnæ Domini?

Respondetur, quod aliqui dixerūt, per bul. Cœnæ Domini, esse derogatū dicto decreto, vt est videre in pract. mea pœnit. ca. 22. quæst. 4. tamē dico ꝙ potest a casibus bullæ occultis absoluere Episcopus, & licet de hæresi occulta videat dubitare Nauar. cōs. 10. nu. 2. ver. ad secundam, tamē, quia, vt ipse ait, sic sacram cōgreg. censuisse, & ego vidi dictā declarationem, tamen succedente casu, dico, & ipse etiam tenet quod posset Episcopus, quod etiam confirmat ex his, quæ dicit in cons. 11. vbi tenet, quod hanc absoluendi facultatem possit Episcopus concedere suo vicario generali, & particulari concessione, vide in d. pract. mea pœnit. loc. cit. & superius in ver. absolutio. §. 8. & pract. pœnit. c. 15. q. 19.

Homicida:

PRIMO, homicida, an sit ipso iure priuatus beneficio? Respondetur qd non, vt patet in ver. priuatio, & iuribus vulgatis, Cap. Tolos. q. 207. si vero homicidium præcedat collationem beneficij, collatio est nulla, quia fit personæ inhabili, c. fin. de temp. ord. Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. de reform. & dicitur in ver. resignatio. §. 2.

Secundo, homicidæ, & delicta, pro quibus pœna sanguinis venit imponenda, nō audiuntur, nisi in carceribus constituti. Pius IIII. bul. 68. quæ incipit, & si iusta, Iul. II. bul. 11.

Tertio, homicida non potest ad locum delicti accedere, nisi prius habuerit pacem hæredum occisi, Pius iiij. bul. 80.

Immunitas ecclesiastica.

PRÆTOR extrahens hominem malefactorem ab ecclesia, tenetur eundem in eandem ecclesiam restituere, alioquin punitur pœnis impositis contra violantes ecclesiasticam immunitatem, Nau. cons. 1. de immun. eccles. imò de iure ciuili imponitur pœna ultimi supplicij, Azon. in sum. libro 1. codi. rub. 15. nu. 8.

Incæstus.

INCOESTVM committens, tam in muliere, quam in homine, quomodo puniatur, vide Clar. §. incęstus, ver. sed quæro, quæ sit pęna, vbi habetur, quod mulier quędā fuit fustigata, quędam pecunia mulctata, quidam ad triremes condemnatus.

Incompatibilitas.

PRIMO, Incompatibilia beneficia, quæ dicuntur, vide Rebuf. de dispensat. ęta. in ver. incompatibilia, a num. 1. & infra. vide in ver. parochia, §. 4. & in ver. canonia, §. 6. Staphi. de lit. grat. fol. 73. num. 9. Sylua. tract. de benef. q. 39. par. 3.

Secundo

Secundo, duobus modis potest dici incompatibilitas, primo ratione sufficientiæ, & sic habere plura beneficia, etiam simplicia, non licet sine peccato, si unum tantum est sufficiens, ita D.Hier. in cap. 1.44. dist. Sylu. loc. cit. Conc. Trid Sess. 24. cap. 17. de refor. secundo residentiæ, ut duos canonicatus, duas parochiales, duas præbẽdas, duas capellanias, & quæcunque beneficia, & requirentia residentiam de iure, statuto, consuetudine, legato, Staph. num. 73. nu. 2. & 9.

ingressus religionis.

QVANDO iura loquuntur de ingressu Religionis, prout bul. Pij V. 50. de admitt. re sig. & alia quamplurima iura, de quo ingressu loquuntur, de ingressu monasterii solum, absque susceptione habitus, uel de habitus susceptione, absque professione, uel de professione?

Respondetur quo ad primũ, Nau. cons. 6. de regul. q̃ incurrit excõicatio, ꝑut sess. 25. c. 18. de reg. quo ad secundum, & tertiũ intelligi dẽt vacare bñficiũ, ꝑut in c. si annum, de regul. lib. 6. cętera uide in ver. professio, & in ver. monachi, & in ver. Regularis.

iniuria.

PRIMO, Pro iniuria facta Ecclesię, uel Episcopo, vel personę Ecclesiasticę, iudex põt procedere ex officio, ut in l. si quis in hoc genus per Bal. cap. de episc. & cler. facit, cap. si quis deinceps, 17. q. 4. Assic. in const. num. 50.

Secundo, iniuria potest fieri duobus modis, dicit Clarus in §. iniuria, sed ego addo tertiũ, nẽpe uerbis, factis, idest percussione, & scripto, ut libellis famosis, prout dictum est in 1. p. in ver. libellus famosus, uel literis, uel cantilenis, & de pęnis iniuriatum, vide Clar. loco cita.

inquisitores.

INQVISITORES generales possunt procedere contra maleficas, incantatores, & superstitionum obseruatores, Alex. vj. bul. 12. Adria. vj. bul. 5. etiam contra prælatos hęreticos, & hęreticorum fautores, Pius iiij. bul. 88. & possunt legere, & tenere libros prohibitos, & aliis licentiam dare, idem bul. 108. nec sindicantur. Inno. iiij. bul. 3.

irregularitas.

PRIMO, quia dictum est, Episcopũ posse dispensare super irregularitate occulta (excepta, &c.) Dubitatur primo, an dicatur occulta, si presbyter alias excommunicatus, celebrat coram aliquibus, eam excommunicationem ignorantibus: secundo, an si auditores ipsi sciunt talem presbyterum esse excommunicatum, sed nesciunt, quod celebrãdo cum tali censura, sit irregularis: tertio, & si sciunt utrumque, tamẽ sunt duo, uel tres tantum, uel quatuor, sit irregularis?

Respondetur, quòd in nullo istorum trium casuum potest dici publica irregularitas, & cõsequenter posse Episcopum cum illo dispensare per d. d. liceat, ita Nau. cõs. 2. de cler. nõ ordin. min. & in Manua. c. 27. nu. 250. imo etiam si esset coram quatuor, uel quinq; personis, ut probauimus in ver. excommunicatio. de cau. for. dub. 6.

Secundo, quia dictum est clericum accipientem aliquod Sacramentum cum aliqua censura Ecclesiastica, effici irregularem, an hoc sit uerum in omni Sacramento, nã si hoc esset uerum, sequeretur, quod aliquis sciens, uel scire debens, se excommunicatum, & confirmaretur, confiteretur, communicaret, contraheret matrimonium, uel acciperet extremam unctionem, efficeretur irregularis.

Respondetur primo, quod solum in Sacramento ordinis, i. exercendo actus ordinis peculiaris, non in aliis, immo in Sacramento ordinis, si non esset excommunicatus, uel suspensus, uel interdictus, non efficeret irregularis; tertio, sed si ordinaret, uel añ ętatẽ,

vel sine dimissoriis, vel titulo, vel extra tempora, solum efficeretur irregularis in ordine presbyterij, non autem in aliis duobus sacris ordinibus, quia in his solum esset suspensus: quarto, & in minoribus, neque suspensus, ratio est, quia in ordine presbyteratus, accipit, & conficit, accipiendo fit suspensus, conficiendo irregularis, in duob. solum suspenditur, sed si exercuerit illos, efficitur irregularis: quarto, in minorib. non suspenditur de iure, nisi ob bullam Sixti V. sed quia ista est iam reuocata, per Greg. XIII. iō nō fiunt, neque suspensi, neque irregulares, ēt si exercuerint, Nauar. consi. 3. de cler. excom. celebr. oppositum dicetur in 3. p. in ver. dimissoriæ, quò ad ordinantem, incurrit enim ordinās ordinando aliquem, etiam in prima tonsura sine literis siue inferioris c. fin. de temp. ord. lib. 6. hoc fallit qñ innodatus aliqua censura ecclesiastica, exercet actum peculiarē ordini minori, quia tunc esset irregularis, prout dictum est in ver. dimissorię, §. secundo, & hoc qñ vt clericus, & non ut laicus, sed incurrit excōicationem, & efficitur irregularis, qui accipit ordines Symoniacè, Nauar. cons. 97. nu. 10. de symon. & in Manua. c. 23. nu. 3. ver. at is, vbi ait, quod ordinatus symoniacè, nō solum est suspensus, sed excōicatus ipso iure, & excōicatio est reseruata Papæ per extrauag. secunda, de Symon. & capitulo tanta, de Symon. vt ibi dicit Inno. hoc intellige si esset publica, secus si occulta per capitulum liceat, imò Symonia in beneficio parit solum excommunicationem, in ordine uero suspensionem, & excommunicationem, Nauar. loc. cit. notab. tertio, quarto, quinto, sexto, & septimo, Syluestr. ver. Symonia, q. 19. Couar. in c. alma mater, parte 2. nu. 4. ver. cæterarum.

Tertio, an qui ordinatur per saltum sit irregularis, c. 1. de cler. per sal. ordin.

Respondetur, quod sic glo. in d. cap. in ver. de misericordia, vbi eps dispensat, sed si vult promoueri ad ordinem omissum, debet id secretò facere, & cū dispensatione Epi alias si fieret publicè, non posset cum eo Episcopus dispensare per capitulum licet, si vero exercuisset ordinem quem non habebat, esset irregularis, Nauar. consil. 3. nu. 4 de sacr. non iter. & indigeret papali dispensatione per capitulum primū, de clerici. non ordin. celeb. & in Manua. c. 27. nu. 242. sed ego dico, qd potest Eps ēt dispensare cū ipso, si eēt occultum, per d. c. liceat, & Nauar. loc. cit. utitur verbo, videtur, sed non certo asserit.

Quarto, irregularis, vel suspensus, est inhabilis ad beneficia obtinenda, sed prius obtenta non perdit, verum fructibus non potest vti, nisi prcur disponit glo. in c. cum Vintoniēsis, in ver. admiserunt, de elect. & Couar. lib. 3. c. 13. nu. 1. & §. num. 10. cum seq. Diaz prac. crim. can. c. 112. & an idem sit de deposito solemniter, vel excommunicato, vide Couar. loc. cit. pel. in c. ex parte, de accus. vide in ver. priuatio, §. 1.

Quinto, non dicitur irregularitas publica, & consequenter indispensabilis ab Episcopo, per c. liceat, eo quod socius meus confessus est, me commisisse delictum, modo nihil contra me probatum sit, Nauar. cons. 2. de sent. & re iud.

Sexto, irregularis non fit, qui celebrat sine peccato, etiam si habet censuram ecclesiasticā, & putat, se bene absolutum, & qui ministrat sacramentum in necessitate, vel ad euitādum magnum scandalum, Nauar. conc. 49. de sent. excom. & dicam inferius, q. 9.

Septimo, si aliquis est excommunicatus, & inciderit in irregularitatem, uel per illam, uel per aliam excommunicationem, uel censuram ecclesiasticam, uel ob aliqua alia, an possit absolui ab excommunicatione, absque eo, quod dispensetur in irregularitate?

Respondetur quod sic, Nauar. cons. 50. nu. 4. de sent. excom. & ratio est, quia in Iubilæis, & aliis gratiis, quibus datur facultas absoluendi a censuris ecclesiasticis, non datur regulariter potestas dispensandi super irregularitate, & tamen lucratur Iubilæum, uel Indulgentiā, etiam cum irregularitate, & potest quis esse sanctus, & irregularis, modo sit sine peccato.

Octauo, an irregularis, vel inhabilis ob aliquod crimen, sicut est inhabilis ad beneficia obtinenda, ut patet vulgatis, & per Sac. Conc. Trid. sess. 13. c. 7. de reform. Caput Aqu. decis. 236. par. 2. sit ēt inhabilis ad pensionē, Nau. cons. 11. nu. 2. uer. ad secundū dicit qd

sic

sic per tex.in c.quam graue,de crim.fal.& ita dicit seruari de stilo Curiæ,& Apostil.ibi dicit sic decreuisse Rotam.

Nono,an fiat irregularis,si quis esset excommunicatus,suspensus,vel interdictus, & celebraret,vel administraret sacramenta in necessitate, vel vt euitaret aliquod graue scandalum?

Respondetur quod non , quia ad incurrendam irregularitatem huius generis requiritur contemptus,& huiusmodi non præsumitur adesse, quando adest necessitas,Inno.in c. cum medicinalis,nu.3.& 4.de sent.excom.& in c.sicut in vlt. de cohab. cler. & mul. vide in pract.mea pœnit.q.19.ver.dico quarto, cap.19.

Decimo irregularis non est ipso iure inhabilis ad beneficia obtinenda intellige simplicia & quæ ordinem sacrum non requirunt, Caput Aqu.dec.236.par.2. nec homicida,nisi qui occiderit ex industria, Conc.Tri.loc.cit.sess.14.c.7.de refor. vide superius uer.dispēsatio,§.3.Nauat.cons.45.nu.1.tamen communis est in contrarium , maximè quo ad homicidam,Couar.ibi citatus.

Decimoprimo,an omnis irregularitas auferatur per ingressum Religionis?

Respondetur ex Nauar.in cap.non dicatis,num.60. quod solum tollitur illa , quæ oritur ex natalibus,puta illegitimitas contra gl.in c.cum deputati,de iud.& ibi Ant.Syluest. in ver.irregularitas,§.vlt.dicit quod per ingressum religionis solum tollitur irregularitas,quæ contrahitur sine proprio delicto,ut in c.1.de fil presbyt.

Decimosecundo,an irretitus plurib. irregularitatib.indigeat pluribus dispensationibus?

Respondetur,quod sic,iuxta Addi.Ale.de Neuo , in Abb.in c.si celebrat de cler.excom. celebr.sed Nauar.in c.27.nu.194.dicit sufficere unam tantum dispensationem ex Inn. quem citat,hoc tamen fallit,quando quis haberet plures irregularitates,& in impetratione dispensationis,vel beneficijs faceret mentionem solum de vna,quia tunc dispensatio & impetratio esset subreptitia,Nau.cons.27.de rescr.nempe si sunt plures irregularitates ortæ ex plurib. capitib.siue delictis,puta una ex homicidio,altera ex bigamia altera ex mala ordinis susceptione,tunc bene dicit Addit.Alex & Nauar.in d.consi.sed quando essent multæ ex vna causa ortæ , ut puta , quia excommunicatus pluries celebrauit,tunc vera est opinio Inno.& Nauat.prout in cons.13. de raptor. nu.6.& consi. 15.& 16.de cler.excom.celebr.

Institutio:

QVOD tempus datur ordinario ad instituendum præsentatum legitime ad ius patronatus?

Respondetur,quod de iure communi,nullum,prout dixi in ver.iuspatronatus,§. 8.dub.3.tamen in parochialibus limitatum est spatium duorum mensium a die confectionis examinis,alioquin prouisio, & institutio deuoluitur ad sedem apostolicam, bul. Pii V.quæ est 32.& incipit in conferendis.

Instrumentum.

PRIMO,Copia licet non faciat,fidem etiam quod a pluribus Notarijs esset confecta, Dec.in Auth.si quis in aliquo,num. 8.de eden.tamen Rota aliquando dat ei fidem cōcurrentibus pluribus adminiculis,Caput Aqu.decis.234.1.par.

Secundo,Instrumentum productum,non citata parte ad dicendum contra,& si non fuerit recognitum,non probat,idem decis.99.pat.2.

Instrumentum liquidum , seu in forma Cameræ non meretur exequutionem , quando potest argui de falso,idem dec.274.par.2.

Quarto,Instrumentum,& si recognosci debeat,tamen hoc fallit,quando est rogatura septuaginta annorum,& maximè si est originale,idem decis.5.3.p.

Quinto, si instrumēta fuerint amissa,qualiter probetur ius emphiteuticum,per dominū,

an

an per emphiteutam. Vide doctor in l.2.nu.21.vers. decimoquarto q. de iur. emphit. & in l. si certis annis in fine de pactis.

interdictum.

PRIMO, quæritur quod faciet confessarius inueniens pœnitentem interdictum, vel nominatim, vel generaliter?

Respondetur primo, si interdictum est tantum personale, quod nec potest eum absoluere, durante causa interdicti, vel interdicto, & tunc maximè, quando pœnitens fuerit causa interdicti.

Dico secundo, quod potest absolui in articulo mortis, prout dictum est in practica mea pœnit.c.15.q.4.& sepeliri loco sacro, ēt si fuisset nominatim interdictus, ita Host.lib.6. tit.3.ar.4. vbi loquit' gñaliter de oib. peccatorib. & præcisis ab ecclesia mō siue ecclæ recōciliati, qd fit per sacramentū pœnitentię, & addo ego satisfacta parte læsa ca. alma mater, de sent. exco. lib.6. Dices Clem. I. de sepult. & Doct. cōiter dnt, ut Pisana, & supplementū, in ver. interdictū, 4.§.3.& 11. qd licet interdictus moriatur cū pœnitentia, non tamen est sepeliendus in loco sacro, sed extra, & postea sublato interdicto sepeliatur in loco sacro?

Respondetur, quod loquuntur, qñ concurrunt duo, s. interdictum personale, & locale, sed qñ solū personæ essent interdictæ, tunc morientes cum pęnitentia, & præstita per hæredes idonea cautione, de satisfaciendo parti læsæ, & parendo mandatis Ecclesiæ, si qd foret satisfaciendum, vel parendum, quod possent sepeliri in loco sacro, Glo. in clem. 1. in ver. interdictos de sepul. facit c. parochianus, de sent. excom. & c. a nobis, il secondo, eo. tit. c. literis, de raptor. hoc clare dicit Inno. in c. fi. nu.7. de exces. prælat. adest rō cōis qa cui cōicauimus viuo, & defuncto cōicare possumus, c. sacris de sepul. & Hos. in sum. tit. de sepult. §. quibus interdicatur, nu.4.& c. sane, 14.q.2. Syman. de cath. Instit. 18.q. 9.cap. ex parte, de verb. sig. sed isti communicatum est viuo ab ecclesia per sacramentū pœnitentiæ, ergo & in morte, ergo & in sepultura, & hic casus accidit in facto in terra Montis Fusculi, Anno 1593. de Mense Augusti, vbi ciues erant tantummodo interdicti, & ita ego consului, cum fuerim rogatus.

Secundo, quæritur, quid si durante interdicto locali, vel personali homo interdictus moriatur, & de facto sepeliatur in loco sacro, præcedente pęnitentia in eo, an sit ab ecclesia exhumandus?

Rñdetur negatiuè, patet regula vulgata, multa facta tenent, &c. vide Syluest. uer. interdictū, §.8. Pisa. & supplementū, eo. uer.4.§.3. Innoc. in d.c. fi. uer.7. de excess. prælat.

Tertio, quærit' an clerici, qui sepelirent hunc hominē interdictū de facto, sint excōicati?

Respondetur primo, quod sic, si scienter hoc fecerint, clem. 1. de sepul. Syluest. in uer. si se pultura, §.11.& uer. excommunicatio.3.6.5. Nauar. c.17.nu.137. notab. 34.

Dico secundo, quod si solemniter illum sepelissent in loco sacro, vel non hominem interdictum in loco interdicto, essent irregulares, solemniter intelligitur, quando cum officio processionaliter, & pompa exequiali, Syluest. interdictū, 5.§.8. uer. secundum, vide in cap alma mater, de sent. excom. lib.6. & ibi Doc. & præcipuè Couar. & cap. fi. de cler. excom. celeb. & Nauar. abundantius, cons.5. de sepult. uide in pract. mea pęnit. c. 21.q.17.

Quarto, interdici non pōt ciuitas, terra, vniuersitas pro debito pecuniario, sine licentia Papæ, extrauag. prouide Bonifac. VIII. de sent. excom. prout dictum est in ver. interdictū. §.6. ēt ex Clem. VII. bul.35. sed an hoc locum habeat in debito loci particularis, uide Couar. in cap. alma mater, 2. par. §.1. nu.5. & quæ dsia sit inter interdictum, & cessationem a diuinis, vide ibidem, §.2.& Paul. Roman. tract. de pension. q.8. nu.18.& bñ ca est, quòd in interdicto celebrans sit irregularis, in cessatione a diuinis celebrans non efficitur irregularis, c. si cani nu., de off. ord. lib.6.

Quin-

Quinto, interdicto clero cen ſentur interdicti regulares, etiã conuerſi, Card. in c. vlt. de exceſ. prælа. Couar. in c. alma mater, 2. par. §. 1. nu. 8. uer. 5. ſimiliter interdicta cathedrali Eccleſia canonici ipſius poſsunt extra eam ſolemniter celebrare. Card. in d. c. ult. Couar. loc. cit. uer. 6. Syueſt. in ver. interdictum, 2. §. 8.

inuentarium.

PIVS V. bul. 124. quæ incipit, Nuncius præcipit Epis, & eorum ſuperioribus, ut quotannis inuentarium actorum criminalium conficere, & cuſtodire teneantur, quia cathedralibus præſule viduatis Vicarij a capitulis conſtituti gratia, timore, odio, vel ſordib. quas volunt inquiſitiones, & teſtimonia rerum, & cauſarum criminalium, violant, ſurripiunt, & lacerant, ne delictorum cognitio, vel uindicta a ſucceſsore pęnã quis conſequatur, an Epiſcopus teneatur facere Inuentarium rerum omnium Eccleſiæ ſuę, diſputat Couar. in c. 1. nu. 9. de teſtam. & tandem concludit quod non, tamen hoc fallit in viſitatione, prout dictum eſt in ver. viſitatio, ubi fit inuẽtarium omnium beneficiorũ, reddituum, & menſæ Epiſcopalis, & iuriſdictionis.

iudæi ſeu infideles.

PRIMO Iudæi, ſeu infideles, ſe conuertentes ad fidem, non amittunt eorum bona, Pau. III. bul. 29. ſimiliter Iudæi immobilia Chriſtianis uendere dẽnt, Pius IIII. bul. 5.

Secundo, Iudæi non poſsunt habere nutrices, neq. ſeruiẽtes Chriſtianos, Inno. IIII. bu. 1.

Tertio, Iudæis eſt prædicanda fides, & conuerſi benignè ſuſcipiendi, Nic. III. bul. 1.

Quarto, Iudæorum priuilegia, & indulta, vide Iul. III. bul. 15. quæ incipit, Vniuerſis, & Pau. III. bul. 29. quæ incipit, Cupientes.

Quinto, Iudæi, Medici, uel infideles ad Chriſtianorum curam, nõn admittantur, Greg. XIII. bul. 71. quæ incipit, Alias piè.

Sexto, de blaſphemia, & flagitiis Iudæorum, pro quibus inquiſitores omnes hæreticę prauitatis contra eos procedere poſſint, uide Greg. XIII. bul. 73. quæ incipit, Antiqua.

Septimo, Iudæorum, neophitorum, & infidelium, ad Cattholicam fidem conuerſorum indulta, ac priuilegia, & ordinationes circa eorum viuendi modũ, vide bu. Pau. III. 29. & 34. Iul. III. bul. 18. Pau. IIII. bul. 18. & 24. Pii IIII. bul. 2. & 6. Pii V. bul. 25.

Octauo, Iudæi prohibentur tenere libros thalmuti, & alios, in quibus nomen IESV Saluatoris noſtri, cũ blaſphemiis, aut alias ignominioſè nominatur, Iul. III. bul. 46. quæ incipit, Vniuerſis.

Nono, Iudæorum ad Vicarium Papæ pertinent in Vrbe, idem bul. 59. quæ incipit. Cum ſicut, fallit quo ad iudæos banchatios, quorum cauſæ, circa capitula banchatiorũ, ſpectant ad camerarium Vrbis. Greg. XIII. bul. 43. quæ incipit, Cum ſicut accepimus.

indulgentia.

MVLTA in prima parte, & ſuperius in ver. Annus Sanctus, hic pauca pro quotidiana praxi breuiter, cætera habebis in tractatu peculiari edendo (adiuuante illa diuina clementia, cui eſt ſempiterna laus) eo tempore, quo in alma Vrbe inchoabitur celebrari Annus Sanctus, Annus iubilæus, in quo aperietur porta Eccleſiæ theſauri Chriſti fidelibus, verè pęnitẽtibus a ſancto Domino noſtro Clemente VIII. ſicuti poſt oſculum ſacrorum pedum, licentiam petens a ſanctitate ſua eundi gratia ad reſidentiam mei Epiſcopatus minorẽſis, veſperi die Mercurij, q̃ fuit decimaquinta ianuarii 1597. hariolatus ſum, dicens, Pater ſancte, redibo ad hos ſanctos pedes, diuina gratia, Anno Sancto, reſpondit ille ſanctisſimus, rogate Deum pro nobis.

Primo, quid ſit? eſt poteſtas ſpiritualis diſpenſandi Eccleſiæ theſauri Chriſti fidelibus vere pęnitentibus.

Secundo, quę requirantur ad indulgentiam? reſpondetur quòd quatuor, primo auctoritas in concedendo, ſecũdo charitas in ſuſcipiẽdo, tertio pietas in erogãdo, quarto & operis

pro-

propter quod conceditur, satisfactio, D.Tho.in addit.3.par.q.25.ar.1. Sot.4.sent.dis.21. art.2.in fine, Syluest. ver. Indulgentia.q.3.

Tertio, qua hora, seu diei hora incipit lucrari Indulgentia? respondetur, quod quo ad Indulgentias ordinarias, nõ perpetuas dictum est superius, in ver. dies: quo ad perpetuas, semper qualibet hora: quo ad annum Iubilæi, a primis vesperis inclusiuè, ita Nauar. de Iubil.& Indulg. Greg. XIII. super verba a primis vesperis, nu. 36.

Quarto, quæ differentia sit inter verba illa solita apponi, videlicet Indulgentia plenaria, & remissio omnium peccatorum? respondetur, vide superius ver. Annus Sanctus, nũc verodr̃, quod plus est dicere, Indulgentia omnium peccatorum, quam Indulgentiam plenariam simpliciter, quia primum dicit plenissimam, secundum vero non.

Quinto, quid intelligitur per Indulgentiam ad instar Indulgentiarum Anni Iubilæi? rñdetur qđ ad instar, plenissima, aliæ vero non, Naua.loc.cit.notab.16.& notab.6.nu.15.

Sexto, si alicui concedatur, vt si faciat tale quid, vel visitauerit talem locum, sit ei licitum lucrari Indulgentias stationũ Romanarum, vel alterius loci sui, an lucratur omnes Indulgentias prædictas? respondetur quod non lucratur plenas, seu plenarias, sed tantum alias. Nauar.loc.cit.notab.nono, nu.16.

Septimo, si alicui loco conceditur Indulgentia perpetua, uel ad certum tempus, an lucretur toties quoties, idest qualibet hora visitando, ut visitare dictam Ecclesiam vigesies die? respondetur, quod solum quolibet anno, vel mense, vel die, non autẽ qualibet hora, Paluda 4.sent.dist.20.q.4.col.1.Nauar.loc.cit.notab.15.nu.19. secus de Indulgentia quæ conceditur certo loco pro una die, quia tunc lucratur semel tantum, Tabie.ver. Indulgentia, §.3.D.Th.4.sent.dist.20.idem Nauar.notab.31.nu.36.

Octauo, in concessione Indulgentiarũ, an requiratur causa? respõdetur quod sic, & si nulla esset causa, nulla esset Indulgentia, quod probat Nau.loc.cit.not.15.per totum.

Nono, an indulgentia lucretur ab existente in peccato mortali? respõdetur quod nõ, nec pro pena debita peccatorum remissorum, nec pro tempore quando redierit in gratiam, Nauar.not.17.

Decimo, quando imponitur aliquid faciendum in Indulgentia, & id non fit an lucretur? respondetur quod non, etiam si id fieri desinatur ob paupertatem, vel impotentiam, nisi aliter dicatur, ut in Iubilæis solet diei de carceratis, infirmis, nauigantibus, monialibus, prægnantibus, D.Tho.in Addi.3.par.27.art.2.Sot.loc.cit.q.2.art.3. Nauar. notab. 19.nu.4.& notab.31.nu.3.

Decimoprimo, an prælati inferiores a Papa possunt concedere Indulgentias plenarias? respondetur quod non. Syluest.in ver. Indulgentia, nu.11.Nauar.notab.22.nu.4.& notab.31.nu 1. Abbas in sermo.super Concil. Basiliens.

Decimosecundo, quot dies poterint concedere cæteri prælati? respondetur, quod Legati, Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi quadraginta dies intra suos terminos iurisdictionis, facit cap.2.de const.lib.6.cap.cum ex eo, &c.cum nostro, de pęnit.& remiss.Card.in clem.2.eod.tit. & hoc si solum sunt electi, & confirmati, licet nõdum sint presbyteri, c.transmissa, de elect. capitulum, Sede uacante, Vicarii, Generales, Episcopi, Abbates, habentes iura episcopalia, sed Cardinales centum dierum, Nauar.loc.cit. nu.17.hoc tamen fallit in dedicatione Ecclesiæ, nam tunc episcopi possunt concedere centum dies, d.c.cum ex eo, uer. decernimus, & d.c.cum nostro, de pęnit.& remiss.& in foro conscientiæ possunt concedere plures annos, Inn.in d.c.cum ex eo, in fine, ubi dicit, quod in foro pęnitentiali possunt annos, & dies, dummodo discretè faciant, quia licet restrictio sit facta in Indulgentiis, quæ fiunt publicè, non tamen in foro pęnitentiali, & Gem.in cap. Indulgentia, de pęn.& remiss.lib.6.& ibi Io. And. Syl.loc.cit.nu. 11.uer.secundum.

Decimotertio, an possunt prælati concedere Indulgentias non suis subditis? respondetur quod non, d.c.animarum, de const.lib.6.c.quod autem de pœ.& remiss.& d.c.cum ex

eo,

eo, si tamen Episcopus concedit Indulgentiam in suo Episcopatu, vel dioecesi, oẽs, qui tunc sunt praesentes, eam lucrantur, etiam exteri, c.fi. de for. comp. Ang. Sylue. Astensis, lib. 5. tit. 40. nu. 5.

Decimoquarto, an Indulgentia absoluat a culpa, & poena? respondetur quod nõ a culpa, quia hoc solum est Dei, Isa c. 41. non a poena, sed dr soluere a culpa, prouocatiuè, siue excitatiuè, quia homo ob lucrandam Indulgentiam, saltem conteritur. & aliquando confitetur peccata sua, prouocatus & excitatus a lucro Indulgentiarũ, iuxta illud, Incli naui cor meum ad faciendas iustificationes tuas: propter retributionem, dr soluere a poena, quia dat sibi, vt debitum soluat, ita D. Th. in addi. 3. par. q. 25. ar. 1. ad secundũ, & ita intelliguntur aliqua loca, vbi dr, quod Indulgentia absoluit à culpa, & poena.

Decimoquinto, an existens in peccato mortali possit lucrari Indulgentias pro animab. fidelium defunctorum existentium in purgatorio per modum suffragij idest auxilij? respondetur quod sic, ita Io. Chrisost. homil. 22. in c. 8. Matth. Host. in sum. tit. de remis. §. fi. prope finem, facit, c. sciscitantib. 15. q. 8. c. pro obeuntib. 13. q. 2. Io. Damasc. in sermo. de mortuis, Augu. de Anchona, lib. de potestate Papae, 1. p. q. 32. art. 2. Nauar. c. fi. de penit. dist. 4. Flores. 4. sent. tract. de Indulgent. art. 3. difficul. 1. & ar. 2. difficul. 4. conclus. vlt. D. Tho. loc. cit. Sot. 4. sent. dist. 45. q. 7. art. 1. uide in pract. mea peniten. capit. 25. quaest. 24.

Haec breuiter, caetera habebis, prout dictum est supra, si Deus benedictus concedet.

iura episcopalia.

IVRA Episcopalia sunt in duplici genere, quaedam sunt de lege dioecesis, vt perceptio cathedratici debita, pars oblationum, decimarum, mortuariorum, & alia quae per extensum narrat Inno. in c. Theodosius, de stat. Monac. nu. 2. quaedam sunt de lege iurisdictionis, ut causas audire, & omnia quae ad Iudicem pertinent, collatio Sacramentorũ, visitatio, ordinatio, correctio, inquisitio, excommunicare, interdicere, statuta facere, cõferre beneficia, institutio, & alia multa, prout Inno. loc. cit. & c. 1. de off. ord.

iuramenti absolutio.

QVIA dictum est ex communi opinione, & stilo curiarum, in iuramenti absolutione, seu potius habilitatione, non requiri partis citationem, hoc tamen fallit, quando petitur absolutio, seu habilitatio a periurio incurso, puta quis promisit soluere cum iuramento centũ alicui pro die vigesimo quinto Augusti, illo die transacto fit periurus, si petit absolui, seu habilitari a iuramento, praetendens aliquam exceptionem, talis absolutio, seu habilitatio, non est danda parte non citata, ita concludit Feder. de Senis, consi. 301. Anch. consi. 193. nec sufficit in hoc, si qui iurauerit, dicat, se fuisse enormiter laesum, quia in tali casu laesio non sufficit, & ita dicit fuisse decisum in Rota, Gõ. de breu. nu. 49. Dices, quod si pars citata comparens, dicat, non deberi absolui, vel habilitari periurum, sed condemnari sibi ad soluendum, quod promisit, dico quod põt periurus condemnari, vt soluat, quia tenetur soluere iure obligationis, & postea repetere poterit iure laesionis, vel alias gl. in cap. debitores in ver. cogendi sunt, iuxta finem, de iureiu. sed quod dr, non deberi dari habilitationẽ in enormi laesione, hoc non videtur satis dictum, cum etiam, in grauissima, & enormissima laesione, etiam si non sit ultra dimidiam, datur actio, l. 2. de rescind. uend. cap. cum dilectus, de empt. & vendit. Couar. lib. 2. c. 3. nu. 8. & c. 4. nu. 5. uariar.

inquisitio.

PRIMO, quia tripliciter potest iudex procedere contra delinquentes regulariter, s. primo per accusationem, prout in c. qualiter & q̃n, cum alijs de accusat: secundo, per denunciationem, c. super his: tertio, per inquisitionem siue ex officio, ca. inquisitionis, eod. tit. Host. in sum. in tribus titulis, videlicet de accusatione, denunciatione, & inquisitione.

Secundò, Iuſpatronatus an poſſit permutari abſque conſenſu patroni, vide inferius, in uer. permutatio, ſeu reſignatio, §. ſeptima, vbi habes, quod ſic.

Tertio, ſi cauetur in fundatione, ut tres cognati de familia præſentent, & tantum duo pręſentant, & præſentatus dicat, non extare alios, quam duos prænominatos de dicta familia, ſatis eſt pręſentato, & qui vult probare contrarium, ipſe probet. Ruin. cõſ. 187. col. 2. vol. 1. & conſ. 144. col. fin. vol. 2. Caputaq. dec. 364. par. 2.

Quarto, collatio ordinarij facta de beneficio iuriſpatronatus, patrono non præſentante, aut contradicente, valet idem, deciſ. 133. 1. par.

Quinto, an poſſit donari abſque conſenſu Epiſcopi, vel Papæ?

Reſpondetur prout ſup. §. ſecunda, ver. 2. & iſte conſenſus poteſt accedere, & venire poſt donationem, idem deciſ. 282. prima par. & valet donatio iuriſpatronatus facta compatrono abſque conſenſu Epiſcopi, idem lo. cit. & deciſ. 287. ex Lambert. & Roc. de Cur. in ver. competens, q. 7.

Sextò, ſi patroni ſunt plures, ſi vnus præſentat ſine alijs, & præſentatus fuit inſtitutus, & poſſeſſionem accepit, non ideo alij compatroni dicuntur priuari eorum quaſi poſſeſſione, Federicus de Senis, conſi. 142. in vlt. Abb. conſ. 84. volumine primo, Caputaq. deciſ. 292. par. 2. & 366. & 419.

Septimo, quia dictum eſt ſuperius, §. ſecundo, ver. 5. quod donatio iuriſpatronatus poteſt fieri compatrono ſine conſenſu Epiſcopi, hoc tamen limita, quod non filio compatroni, abſque dicto conſenſu Epiſcopi, quia filius compatroni, non eſt compatronus, modo dubitatur, ſi fiat donatio iuriſpatronatus filio compatroni ab aliquo compatrono, cum conſenſu Epiſcopi, an ipſe filius poſſit præſentare ad iuſpatronatus, viuente patre uigore illius donationis, ſibi factæ ab alio compatrono?

Reſpondetur negatiuè Lamber. de iu. patro. Maran. ſexta par. q. princip. ſecunda par. ver. quomodo ſi pater, Caputaq. deciſ. 263. & 131. par. 2.

Octauo, ſi patronus pręſentat aliquem, & ille non proſequitur ſuam præſentationem, & inſtitutionem, poteſt patronus alium præſentare, Nauar. conſ. 12. nu. 5. de Symon. etiam ſi lapſum eſſet tempus quadrimeſtris, vel ſemeſtris, quia negligentia præſentati non debet redundare in præiudicium patroni, vt ſæpè dictum eſt in hoc tracta. & in uer. parochia.

Nono, ſi patronus habens litem ſuper ſuo iurepatronatus, etiam iniuſtam, vt quia iniuſtè moleſtatur ab aliquo, iniuſtè prætendente, ſi præſentat aliquem in dicto iurepatronatus, cum hoc pacto, vt ipſe faciat expenſas neceſſarias pro litigio?

Reſpondetur, quod dicta pręſentatio non valet, & eſt Symoniaca, Nauar. conſilio duodecimo, de Symon. ſed præſentatus cum pacto, quod ſi præſentatus non proſequatur ſuam inſtitutionem intra tale tempus, præſentans poſſit alium præſentare, non ſapit Symoniam, quia hic nullæ currunt expenſę pro litigio, idem loc. cit.

Decimo, an concurrentibus duobus presbyteris ad beneficium curatum de iurepatronatus, ſi ambo reperiuntur idonei. ius gratificandi ſpectet ad Ep̃m vel ad patronos?

Reſpondetur, quod ad patronos, Sac. Concil. Seſſio. vigeſimaquarta, capitulo decimooctauo, §. ſi vero, ubi habentur hæc verba, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, & hoc quando patronus eſſet clericus, ideſt iuſpatronatus eſſet eccleſiaſticum, quia ſi eſſet laicale, tunc Epiſcopus ex dignis eligit digniorem, ibidem ver. cum vero, & Nau. conſ. 5. de iur. patron.

Decimoprimo, an iuſpr̃onatus vacãs in Curia, indigeat derogatione, Staph. in for. ſign. nu. 3. Cou. prac. quæſt. c. 36. nu. 5. ver. primũ, dñt, qđ nõ, Rebuf. in 3. par. ſign. in clauſ. iuriſpr̃onatus, nu. 20, dicit, quod ſic, & ita ego ſentio per rationem vulgatam, quia aliàs retraherentur à fundatione, & ſic vidi obſeruari in practica.

Decimoſecundo, ſi quis fundauit Eccleſiam, eamque dotauit, & Epiſcopus non vult dare aſſenſum abſque cauſa, quid agendum, vide in ver. Eccleſia, §. octauo.

Decimotertio,quia dictum est in 1.par.dub.28.quòd fundans, vel dotans Ecclesiam de consensu Episcopi,ex quo acquirit sibi ius patronatus,quòd patronus possit sibi reseruare aliquid super illo,pro recognitione patronatus,puta, cereum vnum singulis annis,vel pensionem,vel censum,prout in capitulo,quanto,de cens.Paul. Roman. tract. de pens.capitulo quarto,numero duodecimo,hoc tamen intelligebat,vt fiat de consen su expresso Episcopi, aliàs pronus ille hoc sibi per se non posset reseruare; similiter nec fundari ius patronatus cum hoc pacto,ut institutio illius spectet ad alium,quam ad Episcopum diœcesis,ubi situm est iuspatronatus,nisi in hoc etiam accedat expressus consensus Episcopi,primum probatur,quia iuspatronatus dr̃ vtile, & honorificũ, sin etiam probatur,quia non potest disponere de iurib.Ecclesiæ in præiudicium Episcopi,sed pòt Episcopus hoc statuere ad petitionẽ ipsius patroni, Paul.Roman.lo.cita. c.vlt.nu.6.Dices hoc non potest facere Episcopus,quia vergit in detrimentum successorum Episcoporum:Rñdetur,quod non,quia nec ipsi,nec successorib.adhuc est acquisitum ius,& patronus ille alias non fundasset,vel dotasset, nisi Episcopus a principio hoc ei concessisset,& aliàs retraheretur a fundatione,uide Io.de Sylua.prima par. q. 5. nu.281.ubi etiam concludit,posse acquiri iuspatronatus ab eo,qui dotauit ecclesiam,et post illius consecrationem,prout dictum est superius,Dub.14. ver. ad tertium ex doctrina,Inn.quicquid dicat Staph.nec potest fundari in oratorium,vel ecclesia,de consensu Episcopi,cum pacto,ne episcopus uisitet illam, & eius curam non habeat,etiam si in casu contrarij addat pœnam,Couar.in c.tua,ver.si de testam.

Decimoquarto,hoc tñ nõ omitto,qđ si patronus posuit pensionẽ in dicto iurepronatu de consensu episcopi,si deinde contigerit fructus extenuari,debet minui pensio imposita,si non potest subuenire necessitatibus Ecclesiæ,& ei seruientibus,idẽ Paul.c.vlt. n. 6.imò si pensio imposita est excessiua, pòt minui officio Iudicis,d.c.4.& Pau.c.4.n.13.

Decimoquinto,nota ꝙ hoc onus,ꝙ sibi vult reseruare patronus,dẽt sibi reseruare tempore donationis,nam si primo dotaret dotem simpliciter,& postea ex interuallo vellet, dum tradit dotem apponere istã reseruationem,nõ posset,Gem.in c.gñali, & ibi glo. in uer.fundatione,de elect.li.6.rõ esse pòt,quia Ecclesia semel libera fundataꝗ non potest censuari,& seruitutem recipere,vt patet vulgatis.

Laici.

PRIMO,Laici possunt renunciando proprio foro,iustè se submittere iudici Ecclesiastico,& obligare se ad soluendum sub pœna excõicationis,etiam latæ sententiæ,Panor. in c.P.& G.nu.6.de off.deleg.fallit in aliquib.regnis,vbi prohibetur,Nau.cons.56.de sen.excom.

Secundo,Laicus potest esse assensor,seu consultor Episcopi,Host.in sum. tit. de arbit. & in c.contingit,& ibi Fel.nu.4.Abb.in c.decernimus,nu.13.de iudic.Gem.in ca.1. ver. sed dicit de precur.lib.6.& ibi gl.in uer.spiritualibus.

ditio,Laicus an possit testificari contra clericum? Respondetur,quod sic, quando esset sacretus,c.Petrus,de accus.

torto,Laici non possunt tractare causam clericorum,sine licentia Papę,Pan.in c. messana, nu.2.de elect.hoc intellige soli,secus si cum Vicario Episcopi,ut assensor,consultor,& auditor.

Quinto,Laici bannientes,seu relegantes,aut præscribentes personas Ecclesiasticas,excõmunicantur per bullam Vrban.v1. quæ est secunda in ordine.

Sexto,Laici an,& quando possunt carcerari a iudice ecclesiastico,vide Couar.cum allegatis pract.q.c 10.nu.2.& sup.in uer.casus mixtus,§.3.& Gem.elegan ter,in c.cum Episcopus,ver.sed quæro an episcopus,de offi.ord.lib.6.

Septimo,laicus potest petere executionem legati a laico,coram iudice Ecclesiastico,Cou. in c.

in c. relatum, il 1. de testam. in ult.

Octauo, an laicus possit puniri a iudice Ecclesiastico pro percussione facta clerico, non solum quo ad absolutionem, sed quo ad iniuriam, & damnum? respondetur, quod sic, quando querela defertur ad Ecclesiasticum, ita gl. in c. parochianus, in vlt. de sent. excommu. Couar. lib. 1. c. 4. nu. 8. variarũ, Gomez. tract. de breuib. nu. 25.

Nono, laici subsunt iudici Ecclesiastico, quando sunt detentores rerum ecclesiasticarum, vel ratione legatorum, Maran. 4. p. dist. 11. num. 6. & quando delinquunt in ecclesia, Afflict. in const. multæ leges, notab. 2. nu. 6. in fine, & quando delinquunt cum clerico, Maran. lo. cit. & Couar. pract. q. c. 34. nu. 1.

Decimo, laici sunt in triplici differentia, alij sunt Religiosi absq. vlla professione, quidã sunt Religiosi cũ professione, & habitu, qui vocantur conuersi, quidã sunt merè laici, vt omnes hoĩes viuentes in sæculo de populo. primi gaudẽt priuilegio canonis, & fori, dum actu seruiunt monasterio, vt portant habitũ religionis, licet curtum, seu breuem: secundi etiam gaudent, & multo magis, sed non sunt clerici; tertij nullo pacto, vide tex. Glo. & Gem. in c. ex eo, de elect. lib. 6. vbi ẽt habes, an, & qñ debeant, vel possint admitti ad actus, vel electiones superiorum, vel rerum concernentium monasterium, vel loca religiosa: Vide gl. in c. 1. in ver. laicum, de procur. lib. 6.

Legatum.

PRIMO, aliquis moriens legauit centum cuidam capitulo, seu collegio, vt singulis annis celebrare habeat Missas pro anima sua, dubitatur, an canonici possunt illa diuidere inter se, an teneantur ea ponere in emptione alicuius annui census, ad hoc, vt & ipsi præsentes, & futuri gaudeant fructibus illorum?

Respondetur, quod non possunt diuidere, sed facere emptionem; ratio est, quia fieret in p̃iudicium successorum, prout Sac. Conc. Trid. sess. 25. c. 11. de refor. & videretur quædã alienatio, & contra successores, per c. cum secundum Apostolum, de præb. & contra iura, 12. q. 2. Nau. cons. 8. nu. 3. de reb. eccles. non alien. similiter relictum canonicis alicuius collegij, vel capituli, an possit diuidi inter eos, & an æqualiter. vide Couar. in cap. requisisti, nu. 10. de testam.

Secundo, legatum ad pias causas, quod facit Episcopus morientium ab intestato, prout dictum est in ver. legatum, corroboratur illa consuetudo, per ea, quæ notat Afflict. in cons. dehinc secreti a nu. 5. vbi disputat, quonam pacto fiscus succedit ab intestato laico morienti intestato, & multa alia, ergo si hoc licet fisco, magis Episcopo, prout ibi, nu. 6. & num. 13. dicit, quod Rex huius Regni habet curam animarum Defunctorum imò magis Episcopus, qui est Iudex spiritualis, & per omnia iura vocatur Pater pauperum. facit, quod notat Butr. in capitulo Ioannes, de testam. & c. vltima voluntas, 13. quæstione secunda, Afflict. in const. instrumentorum, rubr. 12.

Tertio, an legata pia debeantur, non obstãte aliqua præteritione, caducitate, vel defectu? respondetur, quod sic, vnde plenius, Cap. Tolos. quæst. 334. & ibi Addit. & in quæstio. 89. vbi multa, Couar. in capitulo, nos quidem, in ultimo, de testam. & in capitu. relatum, il primo, nu. 3. eodem titulo.

Quarto, legata quando dñr ad pias causas? Respondetur, quando relinquuntur personæ pauperi, vel loco pio, vel p̃ refectione Eccłæ, vel monumenti, & generaliter quicquid relinquitur pro anima sua, Bald. in Marg. Inn in ver. testator, q. 1.

Si pro virginibus maritandis, pupillis, viduis, peregrinis, senibus adiuuandis. Addit. ad q. 214. Cap. Tolos. Syluest. in ver. legatum, 4. §. 4. Ang. in uer. legatum. 2. §. 3.

Quinto, quia dictum est Episcopum esse exequutorem piorum legatorum, petitur si lai-

cus pro legato pio sibi facto, p ossit conuenire laicum coram iudice spirituali? respondetur ex Cap. Tolos. q. 214. & allegat collectaneum in cap. Ioannes, de testam. quod sic, & non solum ad Episcopum pertinet executio vltimarum voluntatum, sed ad quẽcunque prælatum Episcopalem iurisdictionem habentem, & ad capitulum sede uacante, Cou. in c. Ioannes, nu. 1. & 2. de testam.

Sexto, legatum annuum factum nunquam præscribitur præscriptione triginta, vel quadriginta annorum, l. si stichum, §. stipulatio, ff. de ver. sign. sed donatio, seu præstatio pscribitur spatio triginta, vel quadriginta annorum, l. cum nouissimi, §. in ijs, ca. de præscrip. triginta, vel quadraginta annorum, similiter emphyteuta per triginta annos põt præscribere libertatem ab onere soluendi canonem, siue pensionem, tam præteritam, quàm futuram, uide Nau. cons. 4. de præscr.

Septimo, legatum aliqui dixerunt non posse fieri ab eo, qui non potest articulatè loqui, tamen oppositum est verius, nam potest fieri per nutus, & signa, Couar. in c. cum tibi, nu. 3. de testam. licet hæredis institutio non possit fieri sine verborum expressione, idem ibi, nu 4.

Octauo, legata ad pias causas, potest cogere Episcopus sub pœna excommunicationis, & interdicti administrationis bonorum defuncti, ut hæres infra quinque, vel sex mẽses exequatur, c. si hæres, de testam. & si est negligens cogitur in pęnam reddere legatum cum omni emolumento, quod ex eo potuit percipi a die mortis testatoris, Couar. in d. cap. si hæres, num. 5. & 6. ver. cęterum, & ver. hæres, etiam si legata non sunt pia, ibi. nu. 3.

ono, legatum factum alicui hospitali pro alendis, vel cibandis, vel curandis paupetib. vel factum presbyteris, pro officianda aliqua ecclesia, an deficientibus pauperibus, vel diruto hospitali, vel ecclesia, desinat legatum, vide in casu succedere Gem. in c. licet canon, ver. & pro hac deciditur, de elect. li. 6. vbi disputat, an habitu, an actu, vel nihil, & sic in parochiali.

Legati Apostolici.

PRIMO, legati Apostolici sunt in triplici dña, nati, destinati, & legati a latere, & concurrunt in collatione beneficiorum cum ordinarijs, & datur locus præuentioni, qñ sunt a latere, & habent generalem facultatem, Franc. in c. 1. col. fi. de off. leg. lib. 6. Caputaq. dec. 387. 1. p. & multa alia de potestate legati, vide Sylua. 4. par. q. 9. trac. de benef.

Secundo, de potestate legati a latere super totam prouinciam, et super exemptos, & si pt adiri per uiam quęrelę, vide Gem. in c. si abbatem, §. hmõi, de elect. lib. 6.

Tertio, & quæ differentia sit inter tres istas species legatorum, vide tex. gl. Doct. & Gem. in c. 1. ver. sed an legatus, de offic. leg. lib. 6. vbi habes bona pro practica occurrenti.

Libri:

LIBROS hæreticorum nemo potest tenere absque licentia Papæ, Nau. cons. 1. nu. 7. de constit. neque quis potest eos tenere, etiam vt errores eorum noscat, & vt populũ doceat, quia est excommunicatus, secus si inuenirentur in studio alicuius viri docti, sinceri, & pij, quia tunc non censetur eos tenuisse ex mala mente, & sic licet in foro exteriori daretur ansa interrogandi, cur eos tenuerit, tamen non potest capi suspectio de hæresi, Nauar. consi. 6. de hæret.

LITE-

Literæ Apostolicæ.

LITERARVM Apostolicarum executionem impedientes, sunt excõmunicati, ꝑut in bul.Cœnæ Domini, ut patet in processu literarum eiusdem, hoc tamẽ intelligitur primo, quando impediuntur de facto, & non de iure, prout dictũ est superius in ver. contradictores: secundo, quando prohiberetur, ne intimentur: tertio, vel ne eis fides habeatur, vel ne publicentur, vnde qui stat in possessione alicuius beneficij, nolens re linquere illam ad præsentationem litterarum apostolicarum, vt quia putat iuridicè possidere, non incurrit excommunicationem bullæ Cęnæ Dñi, similiter q ab eis appellat, vel reclamat, vnde si etiam in litteris dicitur contradictores, &c. Gl. in c. pro illorum, in ver. contradictores, de præb. Staph. f. 180. nu. 7. & 197. nu. 1. Nau. conf. 36. Rebuff. in for. nou prouis. in clau. contradictores, similiter litteræ Apostolicæ veræ, si sũt saltẽ coloratæ, qa regulari modo fuerunt impetratæ, licet nõ sint penitus validæ, vt qa subreptitiè, vel obreptitiè impetratæ, tñ si opponatur eis de facto incidit in excõicationem bullæ Cœnæ Dñi, Nau. conf. 40. de sent. exc. hoc fallit nisi opponatur iustum impedimentum, ut si quis impetratet beneficium iuris patronatus a Papa, sine derogatione, tunc potest per Regios officiales impediri, Couar. c. 36. nu. 9. pract. quæst.

Malè ablata.

MALE ablatorum restitutio facienda relicta a testatore, põt fieri per hæredes, vel executores relictis ab ipso testatore, tñ cum consilio Epi, Couar. in c. nos quidẽ, num. 8. ver. secundo colligo, de testam. si uero nõ est datus executor, vel si est datus est suspectus, tũc ad Epm ptinet, Host. in c. cũ sit, de testam. & dictũ est supra, in uer. Eps, §. 29.

Magister cæremoniarum.

PRIMO, an Magister ceremoniarum sit constituendus in qualibet cathedrali.
Secundo, quando inceperunt cęremoniæ.
Tertio, à quo fuerunt instituta.
Quarto, ad quid deseruiunt.
Quinto, quis eligendus.

AD PRIMVM respondetur, quod non solum est vtilissimũ, sed pernecessarium, tum quia ita obseruat Ecclesia Romana, norma, & magistra omnium Ecclesiarum, & oẽs cathedrales bene institutæ, tum quia oĩa quæ a Deo sunt, ordinata sunt ad Roman. capitulo 13. Cantic. c. 2. ordinauit in me charitatem, & Dyonis. Areopagyta libro quarto, Cœlest. Hierar. ipse namque magister cæremoniarum omnia ordinatè in diuinis officijs disponit, velut Ecclesiastica Hierarchia cœlesti æmuletur, vbi spiritus illi cœlestes assistunt coram Deo, & Agno, mirabili cæremoniarum ordine, prout est videre Ezechiel, Isaia, Daniel, Apocalip. Ignatium, & cæteros.

AD SECVNDVM, in veteri testamento, Exodi cap. 18. Deuter. c. 4. 3. Reg. c. 2. in nouo, Ioan. c. 11. Marci, c. 7. Lucæ, c. 22. 1. Thimot. c. 2. Luc. c. 18. & pluribus alijs locis breuitatis causa omissis.

AD TERTIVM, fuerunt institutæ, & indictæ a Deo, & a Christo, ab Apostolis, & sanctissimis Patribus ad honorem Dei, & ad utilitatem nostram, prout patebit Doctoribus, infra citandis.

AD QVARTVM, Deseruiunt primo, ad excitandam nostram somnolentiam à mole corporali ad spiritualia: secundo, a uisibilibus ad inuisibilia: tertio, ad humiliandã nostrã ceruicẽ superbã, illis qppè instruimur, monemur, erudimur, illisq; ꝑparamur, & ꝑficimus in gr̃a, & charitate, & veluti per gradus quosdã ad diuina mysteria euehimur, vt ca-

vt capitis detectio, eleuatio oculorum, extensio brachiorum, aperitio palmarum, prosternationes, manuum iunctiones, genuflexiones, reuerentiæ, curuationes ceruicum, variatio vocis, cantus, tonorum, colorum, thymicta, sufflitus, sessiones, stationes, diuersitas indumentorum, & omnia, quæ aguntur per ministerium seruorum Dei, exorcismis, orationibus, canticis spiritualibus, insufflationib. inclinationib. humerorũ, humi li at pedũ, hæc cia escę sũt, q nos reficiũt, vid D. Aug. de Symbo. Cathe. li. 2. c. 2. tom. 9.

Abeant ergo pestiferi hæretici, noui recentesq; venerunt, quos nõ coluerunt patres eorũ, qui conantur auferre ritus, & cęrimonias ab Ecclesia Dei, contra Dñm, & Christum eius, Spiritum Sanctũ, uetus, & nouum testamentũ, Apostolos, Summos Pontifices, Sacra Cõcilia, contra religionis naturam, & consuetudinẽ hoĩum, & snias eĩum: instat præter cæteros, Sacrum Concil. Trid. de cæremonijs in Sacramẽtis administrandis, sess. 7. Cant. vlt. de Sacram. in communi, de cæremonijs, & diuersis actib. in Missæ sacrificio, Sess. 22. c. 5. & c. 7. in Sacramento ordinis, Sess. 23. Can. 5. in Sacramento matrimonij, sess. 24. Can. 11. de cęrimonijs, & ritib. circa sanctorũ reliquias, Sess. 25. initio, vide Pigium, li. 1. Hierar. Eccles. cap. ult. Cathet. 2. claue Scripturæ, Bunderium in compendio concertationis, tit. 27. Brunum, li. de cærim. confessio. Polon. c. 86. & multa concilia prouincialia, & præcipuè Beneuentanum, tit. de diuin. offi. c. 12.

AD QVINTVM, eligi debet vir grauis, competenter doctus, elegãs, studiosus, diligens, bene versatus, & morigeratus, cum competenti præbenda, prout fit vbique.

Mancipia.

MANCIPIA, Serui, siue Sclaui, ad senatus cameræ Vrbis officium, & conseruatores pro libertate cõfugientes, libertatẽ cõsequũtur, & Romani ciues, liberiq. hoies efficiuntur. Pau. 111. bul. 2. q incipit, Nouimus, & Pius V. bul. 18. quę incipit, dignum.

Matrimonium.

PRIMO, Senes regulariter possunt contrahere matrimonium, dummodo possint erigere virgam viriliter in vas mulieris, & ita vt appetitum carnalẽ ab vtraq. parte sedare valeat. similiter, & spadones, quia non est de essentia matrimonij, vt ex eo habeatur proles, Nau. conf. 1. nu. 6. & 15. de frid. & malef. & conf. 4. nn. 25. de desp. impub. Senes vero, qui non sunt apti ad prædicta præstanda, non põt contrahere mrimoniũ, & contractum potest dirimi, Nau. lo. cit. ex Scoto 4. Sent. dist. 36. q. 1. ad secundũ, sed circa spadones, vide bul. seu declar. Sixti V. sub datum Romæ die 27. Iunij 1587 p Nũtio Hispaniæ, similiter carens testiculis, modo possit vt supra, potest contrahere, secus vero non, idem loc. cit nu. 11. 16. & 20.

Scdo, dubitabit, an paroch⁹, cui ꝑsẽtia ẽ đ necessitate mrĩmonij, opus sit, ut sit Sacerdos? Respondetur, quod non, Nauar. conf. 9. nu. 2. de clandest. despen. tamen aliter dicetur inferius in ver. parochus, §. 3.

Tertio, quia dictum, presbyterum nullum posse adesse matrimonio contrahendo, nisi de licentia ordinarij, vel parochi, dubitatur, an requiratur, ut illa licentia sit in scriptis, an sufficiat licentia generalis exercendi curam: Ad primum respondetur, non requiri scripturam, ad secundum, quod sufficit, Nau. conf. 13. nu. 2. lo. cit.

Quarto, discessit Parochus a sua parochia per modicũ tps sine licẽtia Epi sui, & reliquit in parochia pro cura aliquẽ Sacerdotẽ, vel Vicariũ, an iste possit interesse mrĩmonio cõtrahendo, vel aliqs Sacerdos de licẽtia ipsius, Rñdetur, qd sic, p regula, su. rogatus, & Nau. conf. 13. nu. 4. lo. cit. cætera de materia matrimonij, vide in ver. parochus.

Quinto, an matrimonium possit contrahi per interpretem? Respondetur, quod sic, ita præter alios, Couar. de spon. 2. par. c. 4. §. 1. nu. 3. similiter, & sine interprete, inter alienigenas, modo proferantur verba apta coniugio, gloss. in capitulo, ex literis, il 1. de sponsal.

MEDI-

Medici.

MEDICINÆ autem, an exercere possit clericus? Respondetur distinguendo cum Nauarra consi.3.ne cler. vel monac.nam si est in sacris, vel beneficiatus, non potest sine Papæ dispensatione, nisi miserabiles personas, pauperes instante necessitate, se ipsũ, & cognatos, in minorib.autem solus constitutus potest absq; peccato, nisi vt laicus, Nau.tract.de spol.§.7.nu.4.ver.3.quod nota pro materia spoliorum.

Mendicantes.

PRIMO, Mendicantes, qui dicantur, & gaudent priuilegijs mendicantib.concessis, vide bul.Pij V.quæ est 45.& incipit, Romanus, vt Sancti Dominici, Sãcti Francisci, Sancti Augustini, & Seruitæ, sancti Francisci de Paula, bul.48.& de eorum priuilegijs, vide bul.30.quæ incipit, & si mendicantium, & bul.14.quæ incipit, Dum ad vberes, & Greg.XIII.bul.1;.quæ incipit, In tanta rerũ, & bul.135.quæ incipit, Romani, cõgregatio sancti Hieronymi Iesuitarum, bul.49.quę incipit, Romani, fratres Amadęorum vnio, & clarenorum, sub ordine fratrum Minorũ, de obseruantia Pij V.bul.54.quę incipit, Beatus, Greg.XIII.quæ incipit, Ex benigno, Societas Iesu inter mendicantes cõpræhenditur, & gaudet eorum priuilegijs, Greg.XIII.bul.101.

Secundo, Minores conuentuales, vltra biennium in eodem cõuentu manere non p̃nt, nisi sint sexagenarij, Pius V.bul.67.quæ incipit, Illa. Guardianatus per bienniũ, nouitij, nisi attingant decimũ octauum annũ, nihil ꝓprium hẽant, nec laici recipi p̃nt, nisi habeant vigesimum quintum annum.

Tertio, qui dicantur monachi, q fratres, q mendicãtes, qui canonici regulares, vide pręter cæteros Iason.in authent.ingressi, nu.13.& inf.de sac.san.eccl.

Quarto, vnde dicantur mẽdicantes, vide Gem.in c.quorundã, §.volẽtes, initio, de elect. li.2.vbi etiam ex ipso, & Glo.habes, qui dicantur mendicantes.

Monachi.

PRIMO, Monachi, seu regulares eiecti a suis monasterijs, vel ad triremes condemnati, vel habitu priuati sub quo Episcopo subsunt? respondetur, quod Episcopo originis, Nau.in c.non dicatis, nu.34.12.q.1.

Secundo, Monachus dimittẽs habitũ, q̃ pęnã incurrit? r̃ndetur, qđ pęnã excõicationis, c.fin.de apost.sed ab ea põt absolui a suo p̃lato, Cald.consi.6.Clar.q.97.ver.Monachus, & in pęna, de qua in ver. ꝓfessio.similiter si occultat habitũ sine cã, gl.in cle.de vita, & hon. cler.similiter si alienat bona Monasterij, sine licentia Superioris.

Tertio, Monachus eiectus, cui acquirit, supposito, quod propter hoc desinat esse Monachus, nec fiat capax cuiuslibet iuris pecuniarij? respondetur, quod si est eiectus iniustè, acquirit monasterio, a quo eiectus est, si iustè Papæ, vel ecclesiæ, cui fuerit legitimè adscriptus, seu translatus, Nau.in c.non dicatis, nu.34.

Quarto, an ordinarij possint aliqua constituere de regularibus? respondetur prout sup. in ver.excommunicatio, de accus.mater.

Quinto, si Monachus, seu Regularis steterit per annum integrum in probatione, & per aliquot menses vltra nondum emittens expressã ꝓfessionẽ, licet tacitã p delationẽ habitus nõ distincti, ꝓut aiunt iura vulgata, possit renunciare bonis, siue facere cõtractus, & videt, quod non, quia omnia iura, & glosæ videntur dicere, quod per professionem

 tacitam,

tacitam, quis non est amplius sui iuris, tamen contrarium est verius, quia per solam professionem expressam, siue solemnem, fit mortuus mundo, vide extrauag. antiq. cor. certat. Ioan. 22. Rebuf. titu. de dispens. cum reg. fac. num. 24. praeterea quia concilium loquitur simpliciter de professione, quae debet intelligi de potiori significato, Argum. c. fin. de sent. excom. & Rebuff. tit. de mod. amit. benef. nu. 44. per ca. beneficium, de regul. lib. 6. vbi dicit, quod ante professionẽ non potest conferri bñficium Monachis, quae dẽt intelligi de expressa, facit bul. Pij V. quę est 75. ubi statuit regularẽ non posse promoueri ad sacros ordines nisi fuerint professi, quae debet intelligi de expressa, Argum. Sac. Conc. Trid. Sess. 21. c. 2. de refor. vbi prohibet saeculares promoueri ad sacros ordines, nisi habuerint bñficiũ, pẽsionẽ, vel patrimoniũ, Cou. de sponſ. 2. p. c. 7. §. 4. nu. 6. & fortificatur rõne, sicut ad dirimendũ mrimonium ratum, & cõsumatum, nõ sufficit votũ simplex, sed requiritur votum solẽne, c. 1. de vot. in sexto, ita nõ sufficit professio tacita, sed requiritur expressa, in dissolutione matrimonij rati, & non consummati, Couar. lo. cit. numero 7. & 8. & habui in facto Surrenti, vbi vir, & vxor, de communi consensu, illa monialis ordinis Sancti Dominici, in Monasterio sanctae Mariae Gratiarum Surrenti facta est, vir autem Monachus sancti Dominici in Ecclesia, Sanctae Mariae Sanitatis Neapoli, & steterunt in Monasterio vltra annum probationis, & tamen postea exierunt ambo a Monasterijs praedictis, & remansere in saeculo, ergo non sufficit professio tacita, & sic videtur, quod non obstante professione tacita, possit testari, donare, & facere contractus actiuẽ, & passiuẽ, ante professionem expressam solennem, quia professio tacita est quaedã fictio, vide Nauar. in c. non dicatis, 12. q. 1. a num. 42. & professus tacite non est verẽ professus, sed praesumitur, Nauar. in capitu. statuimus, 19. quęstione 3. num. 74. & vide inferius, in ver. professio, vbi plus videbis, & facit pro practica quotidiana, & mihi accidit bis in facto.

Sexto, transitus de vna religione ad alteram parem, aut arctiorem, non fiat, nisi causa cognita transeuntis, & vitae, ac morum, ratione, idque ex approbatione Capituli generalis, ita fac. Cong. preut inferius, & Nauar. in c. statuimus, notab. 1. nu. 3. & notab. 3. a nu. 10. & inf. vide superius in ver. Apostata.

Septimo, in posterum nemo regularium eijciatur a Monasterio, etiam si sit incorrigibilis, sed peccantes a superioribus ignominia, & carcere castigentur, & actius si etiam opus fuerit pro modo delictorum puniatur, singula monasteria habeant librum profitentium, tacitẽ, vel expresse, qui manserunt in Religione, per quinquennium, omnino non audiantur.... De ijs, qui exire volunt a religione, cõmittatur ordinario loci, simul cum Superiore Monasterij, vbi emiserunt professionem, ita in terminis, Sacra Congreg. declarat. 376. de refor. regul. & hoc rationabile est, nam multi proprio spiritu ducti transibant de vna in alteram Religionem, ad placitum, contra illud Ioan. 1. c. 4. initio, nolite oĩ spũi credere, prerea oriebãtur mulię apostasię, indecẽtiae, detractiones, derogationes, & mendicitates, bulla Pij V. quae est 75. & Conc. Trid. sess. 21. c. 1. de refor. Nau. in Apolog. de reddit. q. 1. monito 32.

Octauo, Mẽdicãtes ad Monasticos ordines (Carthusinorũ dũtaxat excepto) absq; sedis Apostolicę lcẽa trãsire non põt, ita Matt. V. bul. 2 quae incipit, Via ambitiosę cupiditatis.

Nono, Monachi, seu Fratres Diui Francisci de obseruantia, seu conuentuales degentes extra claustra, quas pęnas incurunt. Pau. 111. bul. 10. Clem. v 11. bul. 43. Iul. 111. bul. 60. Pau. 1111. bul. 29. Pius 111. bul. 8. & 69. Greg. x 111. bul. 44. & 74.

Decimo, Fratrib. Capucinis mandat Iul. 111. bul. 10. quae incipit, Officij nostri, ne fratres de obseruantia recipiant contra formam constitutionis. Pau. 111.

Decimo primo, Regulares pro crimine haeresis possunt cognosci ab inquisitorib. tam generalibus, quam particularibus, dummodo illorum superiores non praeuenerint. Pius 1111. bul. 66. quae incipit, Pastoris.

Decimosecundo, an Monachorum appellatione veniãt Canonici regulares in odiosis? Respon-

respondetur, quod non, Nauar. in c. nullum, 18. q. 1. com. 3. mon. 12. nu. 40. & in c. statuimus, num. 1. & 2. 19. q. 3. nec possunt transire Canonici regulares ad Monachos cap. mandamus, 20. q. 3. Vide Gemi. in c. ex eo §. in ecclesijs, vers. oppono de elect. lib. 6.

Decimotertio, an Monachi possint vesci carnibus? respondetur quod non, c. carnem, de consec. dist. 5. nisi in mensa Epi, gl. ibi in ver. seruato, & non solum in mensa Episcopi, sed Principis, gl. ibi & Io. de Sylua tract. de benef. 4. par. q. 7. nu. 24. Principes intellige Cardinales, uel non recognoscētes superiorem ex communi vsu loquendi.

Decimoquarto, an superior possit capere regularem, vbicunque fugientem? respondetur quod sic, Nauar. loc. cit. nu. 50. notab 16. sicut vir uxorem, dominus seruum, & ancillā, etiam antequam moneat, & citet eum sub pęnis, & censuris, idem loc. cit.

Decimoquinto, Regulares non possunt ex priuilegiis, & præsertim ex illo, quod Maremagnum appellatur eis concessis absoluere quenquam a casib. quos sibi reseruauit Episcopus, ita sac. cong. in terminis declarat. 518. secus vero ex priuilegiis, in quibus de ijs fit expressa mentio, vel concessis, vel confirmatis post sac. Conc. Trid. prout dictum est in ver. absolutio, §. 1. & in pract. mea penit. c. 24. q. 9.

Decimosexto, monachi si habent aliquam Ecclesiam, in qua habent ius patronatus, an possint illam sibi appropriare, vel in ea nouum censum imponere, vel antiquum augere? Respondetur quod non, clem. uni. §. eandem, de suppl. neg. prę'at. Host. in sum ti. de sup. negl. prael. §. quot modis, nu. 3. iuxta finem.

Decimoseptimo, Religionis ingressus non liberat ab irregularitate omni, sed solum ab ea, quę prouenit ex illegitimitate, immo nec propter hanc ad probationes, & dignitates, gradus, Nauar. in cap. non dicatis, nu. 6. 12. q. 1. uide bul. Sixti V. de illegitimis.

Metus.

METVS, quando excusat a reuelatione excōicationis, etiam si ipse metuens habuerit partem illius, de quo fit excommunicatio, uide Nauar. in cons. 2. de test. cogen.

Miserabiles personæ.

MISERABILES personę cæteris alijs creditoribus præferuntur pro eorum creditis usque ad summam ducatorum quinquaginta: Pius V. bul. 190. & possunt conuenire laicos coram iudice Ecclesiastico ob negligentiam iudicis sęcularis, c. ex tenore, de for. comp. Couar. pract. q. c. 5. nu. 2. c. significasti, de off. ord. de leg. & ibi gl.

Missa.

PRIMO, an Missa celebrata pro anima defuncti, magis prosit illius animę, si celebretur, ubi est corpus defuncti, quam alibi?

Respondetur quod sic, ita Inno. in c. fraternitatem de sepul. & audiui quendam Reuerēdissimum Archiepiscopum dixisse mihi, quod ita respondit sibi Greg. XIII. cum petiisset ab eo, an potuisset transferre Missas relictas a locis in quibus sepulti erant illi, quorum antecessores eas reliquerunt. sed ego censeo, stante magna necessitate, posse transferri, puta quia Ecclesia esset diruta, uel in loco derelicto sine populo, uel periculoso, faciunt ea, quæ dicentur in uer. uisitatio, dub. 9.

Secundo, an sit prohibitum sacerdoti, nouas Missas celebranti, ad Offertorium ante Altare stāti uersus populum, aliquas eleemosinas, & oblationes, de quibusuis rebus fiāt, a sponte dantibus accipere, an idem prohibeatur parochis, & alijs sacerdotibus?

Respondetur ex mente sanctissimi Domini Papæ a sac. congreg. declar. 511. in meis in fa cta Epi Papiensis, in hęc uerba, Reuerendissimus Eps Papiensis supplicauit humiliter Illustrissimis, & Reuerend. DD. VV. ut dignentur declarare infrascriptum dubiū dubi-

dubitatur cum in decreto Conc. Trid. sess. 22 de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ, quod incipit, quanta cura sint illa verba, quæ incipiunt, & quicquid promissis nouis, vsque ad illa, deinde, an per ista verba. A. prohibitum sit omnibus sacerdotibus nouas Missas celebrantibus, ad Offertorium ante Altare stantib. versus populum aliquas eleemosinas, & oblationes, de quibusuis rebus fiant a sponte dantibus accipere, & an idem prohibeatur parochis, & alijs Sacerdotibus? At Sāctissimus Dominus noster audita relatione congregationis concilij declarauit, licet Sacerdotibus, nouas Missas celebrantibus, vertere se tantum in medio altaris ad populum, & accipere oblationes, non autem circum ire Ecclesiam, hac de causa B.SS.D.N. declarauit parochis permitten. essa consuetudinem, prout inoleuit, cæteris autem Sacerdotibus prohibendum.

Tertio, an sit necessarium vt Missa celebretur præsentibus multis?

Respondetur, quod licet Canon, hoc quoque de consec. dist. 1. dicat quod saltem duobus præsentibus, tamen ibi glo. in ver. ipse tertius, & Nauar. cons. 6. de corp. vit. tenet, quod potest Sacerdos solus celebrare, & ita credo, quod in primitiua Ecclesia faciebant sancti interdum in desertis, & speluncis, præsertim in persecutionib. per cryptas, ac cœmiteria domosque priuatas.

Quarto, an in Missis solemnibus possit fieri collecta pro defunctis?

Respondetur, quod sic stante causa, nisi in solemnitatibus magnis, Nauar. cons. 9. nu. 10. de celeb. Miss.

Quinto, an ordinarius possit admittere presbyterum peregrinum ad celebrandum cum dimissoriis vetustioribus, puta per decennium?

Respondetur ex Nauar. cons. 1. nu. 6. de cler. pereg. quod non, nisi iustificentur literæ per aliqua adminicula.

Sexto, an Episcopus tam Romæ, quam extra suam diœcesim possit celebrare missam extra locum sacrum, iuxta c. fi. de priuil. lib. 6.

Respondetur, quod non, nisi in sua diœcesi, & eandem celebrandi licentiam potest dare Sacerdoti celebraturo, etiam intra suam diœcesim, Nauar. consi. 5. de priuil.

Septimo, multis in locis sunt erecta altaria priuilegiata, ex quibus ex concessione Summi Pontificis per celebrationē Missæ pro Anima Defuncti liberatur eius anima a Purgatorio, dubitatur an requiratur, quod Missa sit pro defunctis, an sufficiat quælibet Missa etiam de Sanctis?

Respondetur affirmatiuè, modo celebretur in dictis altaribus, et applicetur pro anima illius pro quo celebratur, ita Nauar. consil. 37. de pœn. & remiss.

Octauo, an Sacerdos induendo se vestibus Sacerdotalibus pro Missa celebranda, teneatur dicere orationes, quæ in Missali ordinatę sunt, ut dicantur a Sacerdote, dū induit?

Respondetur ex Nauar. cons. 3. de celeb. Miss. quod sic sub pęna peccati mortalis, quod ego non admitterem cum tanto rigore, tum quia ipse se fundatur in duobus, primo in rubrica, dicente, quod secundum eius tenorem debeat Missa celebrari, secundo, in cōsuetudine, & vtrūq; mihi videtur non concludere sub pęna peccati mortalis, non primum, quia rubricæ, non obligant ad peccatum mortale, nisi in essentialibus, vel ratione contemptus, nec rubrica iubet, vt dicantur orationes præparatoriæ in ipsa induitione, sed dat ordinem, & seriem celebrandi, & quia in multis Missalibus, non imprimuntur dictæ Orationes, vt ego vidi, & si fuissent adeo necessariæ utique in omnibus imprimerentur: nec secundum nempè consuetudo id probat, cum non sit vniuersalis, nā in Missalibus Dominicanorum, & aliorum, qui non vtuntur Missali Curiæ Romanæ, non sunt impressæ dictæ Orationes, prout a simili dicit Caiet. in sum. de Hor. Canon. c. 2. & dixi in ver. Ho. Cano. §. 6. & vide rub. quæ incipit, Sacerdos celebraturus, §. ac primū, & per oīa paramenta, nihil dicit de orationibus, sed solum de mō, & ritu obseruando circa ipsam induitionem, & vidi multos presbyteros, & religiosos piæ mentis,

non

non dicere dictas orationes, immo aliquos loco illorum dicere, Miserere mei Deus, Psal. 50. & post Missam loco orationum, quæ in Missali ponuntur, vt v.g. Trium pue rorum, Bñdicite, Laudate, &c. vidi multos doctos, & optimos Religiosos, dicere Canti cum, Te Deum laudamus, ergo his & aliis quæ breuitatis causa omittuntur, videtur non esse ponendum iugum durum, vbi Dominus noster, cui Sancta Ecclesia se conformat, ponit iugum suaue.

Nono, si quis habet aliquod beneficium, cui inest onus celebrandi Missã, an intelligatur de celebratione quotidiana, vt singulis dieb. teneatur bñficiatus celebrare Missã, & videtur quod sic, quia indefinita æquipollet vniuersali, tamen oppositum est verius, ita Nauar. consf. 9. nu. 5. de præb. immo si quis obligatus est ad quotidie celebrandum, non ideo quotidie tenetur, sed potest bis, vel semel in hebdomada quiescere, idem loc. cit. & consi. 25. nu. 2. & 3. dat rationem, quia intelligitur salua decentia.

Decimo, an aliquis viuens, possit sibi facere celebrari Missas, vel Officiũ Defunctorum,

Respondetur quod sic, Naua. conf. 9. de celeb. Mis. modo non dicantur orationes, quæ mõ strant, aliquẽ iam mortuum, vt v.g. Inclina Domine, ubi dicitur quem de hoc sæculo migrare iussisti, ratio est quia committeretur mendacium in oratione.

Decimoprimo, an possit celebrari missa cum capite tecto aliquo panno, ut vulgo dicitur, barrettino,

Respondetur primo quod, si adest causa nota, puta frigoris, doloris, debilitatis capitis, qđ sic, si vero causa esset dubia, tunc de licentia Episcopi, Nauar. conf. 7. de celebr. miss.

Decimosecundo, quia dictum est, posse Episcopum minuere numerum missarum ex decreto sacri Concilij, & qđ illud debet facere ex causa, petitur, quæ causæ potissimæ?

Rñdetur, quod diminutio reddituũ, & augmentũ pretij rerum, ad victum necessariarum prout secundum diuersitatem temporũ pinguiores, uel minus pingues assignabant dotes Nau. conf. 11. nã vbi fui vicarius, & mõ Minori, vbi sum Eps reperi ꝑ una missa se ptimana qualibet fuisse relictos vigiti quatuor, vel duo decim, uel octo carlenos quas ipse reduxi ad singulos carlenos singulas missas cum moderamine, de quo superius.

Moniales.

PRIMO, quæritur an in aliquibus monasterijs, ob aliqua impedimenta, non põt seruari communitas viuendi, iuxta formam sacri Conci. ses. 25. c. 2. de refor. reg. Sed datur vnicuique moniali tantum pro victu, & pro vestitu, si aliquid ei superet possit de eo ad libitum disponere?

Respondetur, quod id quod est reliquum, debet relinqui monasterio, & non distribuere pro libitu suo, Nauar. c. non dicatis, 12. q. 1. ver. addo 14. & est rationabilis, nam illud datur ei pro vsu, & non est sui iuris distribuere, vt patet ex sacro conc. loc. cit. in d. c. nõ dicatis in littera.

Secundo, an moniales possint simul dormire associatæ cum socijs in vno lecto?

Respondetur negatiuè, ita habetur in c. nec aliqua 27. q. 1. quod ego temperarem, nisi ad sit aliqua necessitas, puta, incommoditatis, paupertatis, infirmitatis, timoris, vel quid huiusmodi, iuxta illud uæ soli. Ecclesiastæ, c. 4. tamen optimum est, vbi seruari poterit ad euitandum euitanda, & ita ergo seruaui Surrenti in visitatione monialium.

Tertio, an possint dare, vel accipere litteras ab aliis occultè, vel palam sine consensu superioris, & pari modo dare, vel accipere munera?

Respondetur, quod non, d. c. nõ dicatis, ver. quicunque autem, & ibi Nauar. ver. 3. nu. 13. ver. 4. nota, nisi ex quadã cõsensu tacito, vel præsumpto superioris, & idem de munere, si datur, loco eleemosinę, D. Th. 2. 2. q. 32. art. 8. similiter si literę respicerent vtilitatem vel necessitatẽ Monasterij, vel salutem spũalem, vel tpalem singularũ regularium, Inn. in c. ex parte, & in cap. penul. de accus. quando inferiores scriberent contra superiorem aliqua ex causa legitima, & iuridica.

Quar-

Quarto, an sit vtilius Monasterijs, vt moniales viuant, secundum portiones, & secundũ communem vitam, victum, & vestitum?

Respondetur ex Nauar. in c. nullum, 18. q. 2. nu. 24. quod vbi seruatur vita cõis seruari quidem debet, nisi utilitas adesset monasterio, vbi vero non est hic mos, non esset reformãdus, nisi ob maximam, & euidentẽ vtilitatem, & ibi notab. 8. respõdet ad sac. Conc. sess. 25. c. 1. & 2. de reg. & ex hac viuendi consuetudine per portiones elicit multas vtilitates, quod videndum est, an id, quod datur pro vsu conueniat, & sufficiat, nam quod superest, restituendum est monasterio, & si dices, id quod datur mihi, si non sufficit, quis dabit reliquum? respondetur, monasterium, ergo superfluum ei reddito, alias ædificas in gehennam, prout superius, § 1.

Quinto, an liceat moniales habere famulas, vel discipulas laicas, vt eis inseruiant in monasteriis viliotibus in exercitijs?

Respondetur, quod tpe immemorabili, & in monialib. alias nobilissimis, ex nobilissimo sanguine propagatis, quod sic, & ita posset tolerari, Nauar. c. statuimus, 19. q. 3. com. 4. de reg. nu. 66. ver. 18. & ita vidi obseruari in pract. Neapoli, & alibi.

Sexto, an si non possint alias viuere, possint artificio operum, quæ manibus laborant?

Respondetur quod sic, & ita non prohibentur emere, & vendere ea, quæ his opus sunt, ita sac. congr. declar. 490. Episcopo Catanensi, modo sanctá illarum clausura, & honesta seruetur, prout illarum instituta, & Concil. Trid. decreta postulant.

Septimo, an possint habere Ecclesias intra clausuram?

Respondetur, a sac. congreg. declar. 114. in meis, in hæc verba tollantur Ecclesiæ, quæ sunt intra claustra monasterii ex decr. Conc. Trid. & alibi collocentur, quam sacrã congregego intelligo, quando ad Ecclesias intra clausuram positas, accederent sæculares, siue regulares personæ officiandi causa, vel laici: secus vero, quando haberent Ecclesiam exteriorem pro diuinis officiis celebrandis, & intus aliquam Ecclesiam orandi causa, vel antiquiorem, ad quam nullatenus pateat aditus exteris.

Octauo, an si aliqua monialis exempta voluerit exire ex aliqua legitima causa à clausura monasterii exempti, requiratur etiam auctoritas ordinarij, an sufficiat sola Generalis illius ordinis, vel sit necessaria vtraque?

Respondetur primo, quod sac. Conc. Trid. sess. 25. cap. Bonifacii, vt ẽt requirere auctoritatẽ Epi. rñdetur secundo, qđ sufficiat licentia Generalis ordinis, ita Nauar. consi. 5. nu. 6. de stat. monach. consi. 7. nu. 6. de reg. nec obstat sac. Conc. quia loquitur de exemptis, subiectis immediatè Summo Pontifici, non de alijs exemptis, tñ ibi Apostil. dicit in euẽtibus cã correctionis, vel cã nouæ fundationis, recurrendum ad sacrã congregationem, tñ vidi practicari oppositum, quo ad primũ dictũ Neapoli, ubi accedit ẽt licentia ordinarii, & vidi medicos intrare volentes monasteria monialiũ exemptarũ pro cura ipsarum petere licentiam a Vicario Neapolitano, Anno M. D. X C V I. cum Illustrissimus Cardinalis Gesualdus Archiepiscopus Neapolitanus, reuocasset omnes licẽtias, prius concessas pro ingressu monasteriorum monialium, similiter quando moniales aliquæ professæ essent mittẽdæ ad aliqua monasteria nouiter fundata, causa instructionis doctrinæ, & correctionis, siue reformationis, fuit petita, & obtenta licentia a sac. congregat. Nauar. in c. statuimus, nu. 6. tract. de reg.

Nono, quia dictum est, moniales, & regulares, nõ debere emittere professionem, ante decimumsextum annum, quid si aliqua ingrediatur in anno duodecimo, prout disponit sac. Conc. sess. 25. c. 17. an possit emittere professionem, anno decimotertio, quia iam expleuit annum probationis, prout per iura vulgata iubetur?

Respondetur quod non, nisi post expletum annum decimumsextum, prout superius etiã tactum est: dico secundo, quod elapso anno probationis censetur professa tacita, quousque emittat professionem expressam, & solemnem, & sic subiacet fauorib. & pœnis, quibus subsunt tacite professæ, Nauar. consi. 20. de reg.

Decimo,

Decimo,an Episcopus,vel superior quispiam (excepto Papa) possit facere aliquam monialem in aliquo monasterio sine consensu Abbatissæ,& conuentus?

Respondetur quod non,quia creare moniales pertinet ad Abbatissam,& conuentum cũ licentia Episcopi,Nauar.consi.9.nu.12.de constitutio.alias Abbatissa,& moniales possunt appellare ad superiorem,prout dictum est superius in ver.appellatio.& in ver.recursus.

Decimoprimo,an monialibus,siue pupillis monachaturis,si antequam professionem expressam emiserint,exire voluerint a monasterio,animo non amplius monachandi debeant sua bona omnia restitui?

Respondetur quod sic,sub pœna excõicationis,Conc.Trid.ses.25.c.16.de reg.in ult.quod non solum locum habent in exire volente, sed etiam ante professionem moriente, nã tunc omnia bona sua,quæ secum portauit,sunt restituenda personis,quib.competunt. Nauar. cons.9.de success.ab intest. hoc tamen intellige, nisi vel Monasterium aliquid deberet habere ab illis,ratione victus,vestitus,vel huiusmodi, vel de eis bonis illæ disposuerint,si erant sui iuris.

Decimosecundo,an moniales possint transire de vno monasterio ad aliud, vel cã nouæ fundationis,vel correctionis,vel reformationis, uel præfectionis, quod sæpe accidit?

Respondetur,quod Nauar.cons.57.nu.6.de reg.& cons.5.de stat.monac. nu. 3.& 6.dicit, quod sic auctoritate Episcopi,per sac.Conc.Trid.ses.25.ca.5.de refor.reg.tamen sac.cõgregat.censuit,in his recurrendum esse ad Sedem Apostolicam,ita dicit Apostil.ibi in dicto cap.57.& 70.& ita vidi obseruari in praxi annis elapsis, quando a Monasteriis Surrenti fuerunt missæ moniales ad reformationem, seu correctionem quorundam monasteriorum Salerni.

Decimotertio,si quis coegerit puellam ingredi monasterium,et ut ibi stet in habitu sæculari vsque ad ætatem nubendi,incurrit excommunicationem,de qua sac.Conc.ses.25. c.18.de reg.Nauar.cons.6.nu. 1.de reg.

Decimoquarto,quia dictum est superius, moniales posse exire a monasteriis, quãdo fuerit electa pro Abbatissa ad aliud monasterium,& pro quocunque morbo periculoso,et non contagioso,ex doctrina Nauar.in c.statuimus,nu.49.uer.quæstionis,19.q.3.& cõs. 70.nu.6.de regu.& 5.de star.monac.tamen Apostil.siue Addit.ad dicta consilia dicit quod bulla Pii V. solum ad quasdam causas ibi expressas, iubet non extendi ad alias causas,& sac.congregat.vltra illas causas iubet haberi recursum ad sedem Apostolicã, alias non decere.

Monasteria.

PRIMO,Monasterii appellatione,non uenit nisi,quod habet Abbatem, & non Priorem solum,Fed.de Sen.cons.145.col.9.Caput Aqu.dec.84.parte 2.

Secundo,Monasteria,quę non subsunt Gñalibus capitulis,vel Episcopis,uel non habent ordinarios regulares uisitatores, sed sub immediata sedis Apostolicæ protectione, ac directione regi consueuerunt,singulo triennio se se in congregatione redigere debent, quod si non fecerint Metropolitanus illos coget,si Metropolitanus in hoc negligẽs erit, Episcopus in cuius diœcesi sita sunt.Conc.Trid.ses.25.c. 18. de refor. Nauar.consi.18. de stat. Monac.

Tertio,Monasterium quorumcunque virorum regularium, non possint ingredi mulieres,Pius V.sub bulla 22.quæ incipit,Regularium,& Greg.XIII.bul. 30.

Quarto,Pius V.bulla eadem reuocauit licentias concessas quibuscunque mulieribus ingrediẽdi monasteria,& loca quorumcunque ordinum regularium, & Greg.XIII.bul. 36.quæ incipit,Vbi gratiæ, fecit eandem reuocationem ingrediendi loca monialium, & virorum cuiuscunque ordinis.

Quinto,

Quinto appellatione conuentuum comprehenditur congregatio regularium ita Gemi. in c.si religiosus §.quia verò notab.3.de elect.lib.6.& etiam monasterium, seu congregatio monialium,idem ibidem §.sane, notab.7.

Moneta.

PRIMO,quatuor modis potest moneta adulterari,tondendo, rodendo,aqua forti minuendo,& falso metallo cudendo,Abb.in c. quanto de iureiur.& ibi Innoc.Couar. de numismat.c.7.& 8.

Secundo, si quis bona fide habuit monetam falsam ab aliquo non potest eam tuta conscientia expendere,sed debet inuestigare eum,qui dedit,si potest, alias non,D.Anto.2. par.c.17.§.4.& 5. Tabie.in uer.emptio,§.3.Nau.in Manua.c.17.173. & c.19.nu.8.Syl. in ver.falsarius.

Tertio pœna prædictorum falsificantium,& expendentium, uide Couar. loc.cit.Bart.in l.si prius,de aq.pluuia.Bal.in l.elegant,§.qui reprobo,de pig.act.Host.in sum.ti.de cri. fal.§.& qualiter puniantur,nu.8.facit c.ad audientiam de crim.fal.Diaz prac.crim.cã. c.108.Azo.in sum.lib.11.codicis rub.10.

Quarto,nunquam est uendendum aurũ, uel argẽtum alchimistichum,pro uero auro,& argento,licet appareat pro uero,& resistat igni,& aquæ uiuæ,si habeat proprietates aliquas auri,& argenti,tñ non pôt hre oẽs connaturales eisdẽ,ut puta,lætificandi animũ, & deseruiendi medicinæ,& non est diu duraturum,D.Th.2.2.q.77.ar.2.ad primum, Caiet.in sum.in uer.alchimista,Old.cons.74.alias 73.Tabie.ver.emptio.nu.9.Abb.in c.2.de sortileg.in fine,Caiet.2.2.q.77.ar.2.ad primum,ubi reddit quatuor cãs,quare iniusta sit uenditio auri,uel argenti sophisticati:prima est, qa non pôt deseruire nummis conficiendis,secunda,quia nõ diu durat:tertio, qa nõ naturale:quarto,quia frequẽtius applicatur,uide Armill.uer.Alchimia,nu.1.Oldrad.cons.cit.Iser.in tit.quę sint reg.in uer.moneta,Peng.com.26.in 3.par.dir.inquisit.& Sylue.in uer.Alchimia,& superius in uer.casus,in quibus,§.Alchimistici, quibus in locis habetur,Alchimisticos,esse suspectos saltem de superstitione non pauca.

Mons Pietatis.

MONS Pietatis societas est, & qui contrarium prædicant sunt excommunicati,ex communicatione laię sententiæ,Leo.X.bul.9.quæ incipit,inter multiplici.

Mulier.

MVLIERI legatum factum a marito,uel eius filiis si castè uixerit, si nubat, amittit legatum,secus uero si legatum fieret ab aliis,uide præter cæteros, Couar.in c.3.§. 9.uersi. ult.de spons. secunda parte.

Mensa Episcopalis.

QVAE beneficia dicantur de mensa,uide Pau.Rom.tract.de pens.c.1.nu.8.ubi gñaliter loquendo,habes illa dici de mensa,quæ sunt unita, & non hñt ppetuũ rectorẽ. Zabarella in clem.frequens,& ibi gl.in uer.ad mensam, de exces.prælat.uel qñ nõ habent specialem administratorem,aliũ a superiore prælato, idem in clem.quia regulares de sup.negl.pręla.& ibi glos.in uer.mensa,ubi dicit quod ecclesiæ,quę sunt de mẽsa non uacant,ratio est quia sunt unitę mensę, quę nunquam moritur,& Zenzilinus ibi dicit,quod sunt ea,in quibus ponuntur simplices ministri,seu collectores,& sic nõ cadunt sub reseruationibus,Pau.loc.cit.

Naufragium.

PRIMO,naufragantium bona accipientes regulariter sunt excõicati in bul.Cœnę Domini,fallit primo,qñ susceperint ea bono aio,ut restituant suo dño,nisi fuerint in mora,quia tunc rõne illius morę sunt excõicati,per Conc.Latera.excõicatione Episcopali,c.

li,c.excõicationi,de rap.& ibi Abb.secundo, qñ ignorarent esse talia,idest bona naufragatiũ,quia putabant esse aliorum,Nauar.consi.43.nu.2.de sent. excom. tertio fallit,qñ Dominus ea eiecisset,aio non recuperandi,vel si habuerit illa pro derelictis,quia tunc fierent occupantis,idem cons.3.de resti.spol. quod tamen deberet intelliga cum grano salis,per regulam,quia nemo putatur iactare suum,Caiet.in sum. ver.excom.c.23.Syl uest.ver.excom.7.num.57.Nauar.c.27.nu.117.Franc. Senen.in exposit.septi.præcepti, nec valet lex de confiscatione bonorum naufragantium, quia esset tyrannica. Docto. loc.cita.vide Azon.in sum.libro 11.codi.rub.5.

Secundo,multa habes, de reperientibus bona naufragantium in consti.rapinas, & ibi Afflict.idem de ruin.& incendio,& ponitur pęna mortis.

Tertio,naufragantium bona in portubus,& ripis maritimorum S.R.Eccles.aut in mari, aut in Tiberim,ad euitãdum pericula tempestatis iacta,nemo occupet, vel diripiat,ẽt sub prætextu consuetudinis,Paul.III.bul.41.quæ incipit accepimus,& alia quæ est 57. & Iul.III.bul.49.& Pii V.bul.7.Greg.XIII.bul. 52.

Quarto,qui tempore naufragii vocati a patronis nauium, vel barcharum auxilium eis ab bonorum præseruationem,vel recuperationem præstiterint quartam partem bonorum præseruatorum,aut acceptatorum lucrantur,perturbatores autem,aut occupantes,multas pęnas incurrunt Pau.III.bul.57.quæ incipit,Accepimus.

Notarii:

NOTARII,quicunque sint possunt compelli per commissarios fabricæ sancti Petri, de Vrbe,ad aperiendum,& ostendendum testamenta,post annum, a die obitus testatoris.Pius IIII.bul.58.quæ incipit, Et si per diuersos,sub pęna excommunicationis latæ sententiæ,soluta ipsis Notariis debita mercede.

Nuptiæ.

SEcundæ nuptiæ an sit benedicendæ? respondetur primo quod non,c.1.de secund.nup. Dico secundo,quod hoc intelligitur,quando sunt secundæ ex utraque parte: Dico tertio,quando sunt secundæ ex parte mulieris,neque sunt benedicendæ: ratio est,quia tota illa benedictio nuptialis tendit super fęmina: Dico quarto, si sunt secundæ ex parte viri,tunc est attendenda consuetudo probata· Dico quinto,pœna Sacerdotis benedicentis secundas nuptias ab utraque parte,licet textus dicat, quod sit imponẽda suspensio,tamen Diaz.pract.cri.canon.c.68.dicit esse arbitrariam,& Couar.de sponsal.2.par. capitul.8.§.2.nu.1.dicit, extare extrauag. Io. 22.qua releuat mitionem talis sacerdotis ad Sedem Apostolicã,prout disponebatur,in d.c.1.uide Syluest. in uersic.nup.§.1.& 2.

Oblati.

PRIMO,si quis dedit se,& sua bona alicui loco religioso,nõ mutato habitu,capiat per curiam temporalem,an possit peti per ecclesiasticam?

Respondetur,quod non.Cap.Tolos.q.8.sed an posset contrahere matrimonium? respondetur quod sic.Inno.in c.vt priuilegia,§.sane,& ibi gl.uer.mutato habitu, de priuileg. Cap.Tolos.q.383.& an gaudeat priuilegio fori? respondetur quod non. Add.ibi,& Gl. in d.ut priuilegia,nec priuilegio canonis.idem ibidem, Couar.in c.alma mater,secunda,par.§.2.nu.9.

Secundo oblati differunt a conuersis,qa conuersi emittunt tria uota essentialia oblati uero nõ,rursus oblati sunt in duplici dña, quidam mutato habitu manent intra claustra Monasterii,alii oblatis bonis suis monasterio alicui manent in sæculo,& sic conuersi, & oblati in primo genere dicuntur personæ Ecclesiasticæ, alii uero non.Socci.in c.2. de for.comp.& ibi Abb.Couar.in c.alma mater,2.par.§.2. nu.9.

Obla-

PRIMO, Oblationes sunt in triplici dria, prima, quando donatur aliquid Ecclesiæ, vel inter viuos & de hac, in 10.q.1.per totū, & in tit. de donat. & in c. cum sicut de conse. ecclesi.uel.alt.& de hac hr in decretis Vrbani Papæ primi Epistola unica ad uniuersos Epos, & hr in c.uidentes, 12.q.1. Secunda, quæ fit causa mortis Deo, uel Ecclesiæ, & de hac c.officii, & c.requisisti, de testamentis: Tertia, quæ fit a fidelib.in manib.Sacerdotis parochiæ ad altare, dū celebrat, c.antiquos 10.q.1.Host.in sum. tit paroch.§.in q b.uer. hic tñ sciendum, & istæ sunt parochi, vel pars earum Episcopi, si adsit consuetudo, Afflict.in constit.quanto cæteris, nu.36.uide superius, in uer. ius cathedraticum.

Secundo, an contingāt parocho? respōdetur, quod si fuerit in parochiali Ecclesia, sunt parochi, si in alia sunt prælati illius, c.quia Sacerdotes, 10.q.1.& c.doctos, 16.q.1.quæ verò fiunt picturæ in pariete, depictæ, sunt parochiæ, Afflict.licet remissiuè, loc.cit.nu.37. Cap.Tolos.q.482.& ibi Additio, & dixi uer.parochia, §.5.

Optatio.

PRIMO, Optare, præter ea, quæ dicta sunt in ver.canonia, §.7.adde, an optatio tollatur per reseruationem generalem, vel specialem factam a Summo Pōtifice, vide Aeneā de Falconibus, tract.de reseruat.q.4.effectu 5.nu.3.

Secundo, ubi uiget ista consuetudo optandi, quō practicādū, an Canonicus optans, possit auctoritate propria sumere dignitatem, seu Canonicatū, siue præbendā superiorē, quā vult optare, an requirantur partes Epi? rñdetur ex eodē Aenea, loc.cit.qđ nō requiritur collatio, sed requiritur saltē quædā admissio faciēda per illū, cui de consuetudine cōpetit, quæ hr loco instōnis, & citat Rot.decis.440.in nouis, quæ incipit, quæritur, idest qđ Eps dēt facere aliquā bullā ipsi optanti, non per viā collationis, sed institutionis potius, non ut ea, quæ consueuit fieri in præsentationib.iuris patronatus, sed potius quædā declaratio, qua declaretur, talē optasse talē canonicatū, prębēdā, seu dignitatē in tali loco, per obitū talis, iuxta antiq̄ dicti loci consuetudinē legitimam, & approbatam, cui ipse Eps assentitur, confirmat, approbat, & declarat præfatum optātem, bene optasse, saluis iuribus Episcopalibus, &c.ista practica est fere communis.

Ordo.

PRIMO, an aliquis accusatus de crimine, pēdēte cāę cognitione possit promoueri ad sacros ordines, & ad bñficia concurrere, & vr primo qđ non, qa Sac.Conc. Trid.sess. 24.c.18.de refor.§.peracto, hr, peracto inde examine, renūcient quotcunq; ab his idonei iudicati fuerint, ætate, morib.doctrina, prudentia, & alij, &c.& sess.23.c.12. de refor. & multis aliis in locis.secundo: qa obligati ratiociniis, & aliis impedimentis irretiti, nō admittantur ad ordines ecclesiasticos, & Sylua.3.par.q.5.a nu.31.& infra, ubi dicit ex mente Card.in c.tātis, 81.dist.qđ si aliquis fuerit infamatus de crimine, sup quo tñ a nemine accusatur, non pōt promoueri, & inferius, qđ si aliquis pendente accusatione, vel denunciatione, promoueretur, remoueri dēt, q̄uis innocēs sit, l.qui stare, ff.de re mi lit.tñ his oppos.tis dico, qđ sic, nisi pcedat infamia apud graues viros, & accusatio potius a maleuolis, q̄ a psonis probis facta est, nā si hoc esset, q sq. posset a calūniatorib. maleuolis, & inimicis impediri, facit c.oīpotens de accusat, & ea, q̄ dicit Diaz in pract. crim.canon.c.140.& ita Car.in d.c.in tantis, ubi ait, nisi appareat, ipsū per calūniā accusatū, qđ tñ faciendū est cū grano salis: nā audiui quendā Epm ordinasse quendā cleri cū accusatū, qui postea fuit peior peiore, & decollatus tanq̄ bānitus Minori: hoc tñ fal lit si crimē esset inhabilitans ad ordinē, ut puta homicidiū, simonia, hæresis, publicus concubinatus, uel quid simile, Nauar.c.7.de accusat. nam tunc tenendū est in manib. anteq̄ ei decidatur: rō est, quia nemini manus dēt imponi, nisi pręuia informatione

&

& ratio est, quia turpius eijcitur, quam non admittitur hospes, Nauar. in consf.6. de accus. & dictum est in uer. concursus.

Secundo, solet episcopus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ante quam ordinare incipiat, præcipere, ne aliquis accedat ad ordines, sine dimissorijs, & alijs requisitis, & postea eos absoluit, & dispensat, prout est uidere in Pontificali.

Dubitatur, an si quis illorum esset innodatus aliqua cēsura ecclesiastica, vel irregularitate, possit, & ualeat cum illa absolutione absolui, & cum illa dispensatione dispensari, intellige de occultis, & sic licitè promoueri?

Respondetur, quod sic, ita Nau. conf.49. num.12. ver. ad quintum, de sententia excommunicationis, ratio est, quia uerba illa absolutoria, & dispensatoria debent aliquid operari, l.1. & ibi gl. ff. quod metus causa, c. solite, de maior. & obed.

Tertio, an promoti ad ordines minores ante legitimam ætatem sint suspensi?

Respondetur, quod non, vide Nauar. lo. cit. num.7. uer. quia nec bul. Pij 11. nec Concil. Trid. ponit suspensionem in minoribus, & licet Sixtus V. contrarium senserit, tamen illa bulla fuit reuocata, & reducta ad terminos iuris per Greg. XIIII.

Quarto, si quis habitis dimissorij s a suo episcopo ad ordines suscipiendos, & postea incidit in excommunicationem, perdat vsum dictarum dimissorialium?

Respondetur, quod non, modo antequam accipiat ordinem faciat se absoluere, & uidetur sufficere absolutio illa generalis, qua utitur passim Eps in exordio ꝓmotionis, ꝓut in pontifi. & superius dictum est, ita Nau. lo. cit. ver. ad primam quæst.

Quarto, an si quis habuerit dimissorias, ad ordines a suo ordinario hodie, & postea antequam ordinetur incidit in aliquam censuram ecclesiasticam, possit uti dictis dimissorijs, illarumq; uirtute promoueri?

Respondetur primo, quod per censuras ecclesiasticas incursas post habitas dimissorias non perdit aliquam facultatem ipsarum dimissorialium, sed solum vsum, ita Nau. cōs. 48. num. primo, uer. ad primam, de sent. excommun. Dico secundo, si ordinetur ad minores ordines, non efficitur irregularis, uel suspensus, idē lo. cit. num.5. verb. ad secundum, cum fundamento Theologorum, asserentium ordines minores nō esse Sacramēta, sed Sacramentalia, quod est uerum secundum communem sententiam recentiorum: tertio, quod stante absolutione, quam frequenter præmittunt episcopi in exordio promotionis, qua absoluunt omnes ordinandos ab omnibus censuris ecclesiasticis, & dispensant super irregularitatibus, possibilibus, ille sic ordinatus etiam si sacros ordines sumeret, non esset suspensus, nec irregularis, idem loc. cit. num. decimosecūdo, ver. ad quintam: ratio est, quia debent uerba aliquod operari, sed absolutio illa non ponitur frustra, prout in l. prima, & ibi glo. ff. quod met. caus. Rebus. in tertia parte signat. in claus. augendi, uel diminuendi, num. secundo, ergo, &c. Dico quarto, si censura esset publica, & deducta ad forum exterius, licet in ordinatione nullā contrahat suspensionem, uel irregularitatem, tamen postea utens illo ordine efficitur irregularis, quia absolutio illa non suffragatur in foro exteriori, ut patet vulgatis, & dixi in uer. absolutio, §.2. Rebuf. in declar. no. proui. super clausula teq; absoluentes, num.15. Dico quinto, si iste fecit se absoluere a dictis censuris ab aliquibus confessarijs uirtute diplomatum cōcessorum alicui confraternitati Sacramentaliter, quod etiam illa absolutio fuisset ei ualida, quo ad forum internus, nō aūt in foro exteriori, idē lo. cit. n.11. uer. ad quartū, & dictum est superius.

Dices, Rebuff. lo. cit. nu. decimonono ait, quod absolutus ad effectum, per dictam clausulam, non potest ordinari, & si ordinetur efficitur irregularis?

R̄ndetur, quod ibidē Rebuf. dicit, quod illa absolutio ad effectum ad nihilum patrocinatur absoluto, nisi ut ꝓuisio ei facta, ualeat cū illa absolutione, q̄ alias n̄ ualeret: tūc ego dico, sicut absolutio data ad effectū alicui, facit vt collatio, seu ꝓuisio, siue dispēsatio ei facta ualeat, quæ alias non ualeret, & non quo ad alia, sic absolutio facta, intuitu ordi-

num,valet quo ad ordinum susceptionem,quæ alioquin non valeret, & non quo ad alia,& hæc susceptio ordinum erit valida,& vsus illorum non, aliàs frustratoria esset absolutio illa,posita in pontificali in fronte promotionis ordinum Ecclesiasticorum, quod non debet dici,cum ecclesia omnia serio faciat, & cum effectu disponat, Staph. de liter.grat.fol. 149.nu.9.

DVBITARI solet, quando incipiant obligare Regulæ Cancellariæ, verbigratia, motuo Papa, dicit communis sententia plurimorum Doctorum, Regulas Cancellariæ spirare, earumq. reseruationes, quousq; successor faciet alias regulas; Dubitatur inquã creatur prima die Martij, deinde die decima facit regulas, ꝑpostmodũ die quintadecima eas publicat, a quo die incipit currere reseruatio? Rñdetur, qđ Gem. cõl. 92. quod incipit in causa canonicatus, & præbendæ, col. 2. dicit, qđ a die publicationis, Aeneas uero tract. de reser. 4. p. princ. effect. 21. dicit, quod a die editionis, & citat Gl. in ꝓem. reg. tñ ego cẽseo cum Gem. rõ est vulgatissima, ꝗ legẽ incipere obligare a die ꝓmulgationis, quę est cã formalis legis sancitæ, Sot. li. 1. q. 1. art. 4. de iust. & iure, D. Tho. q. 99. & habetur in c. 1. & ibi gl. in ver. publice, de postul. præl. & Gom. q. 2. in reg. Cancel. f. 8. colum. 2. Syluest. in uer lex, §. 6. Rom. sing. 286. Foll. in Addit. ad Maran. 4. p. dist. 4. num. 61. & ipsemet Aeneas lo. cit. concordãdo, dicit, qđ quo ad pęnã, nõ ligant, nisi post publicationẽ, quo ad collationẽ a die editionis, ego vero quo ad utrumq; a die promulgationis, bñ verũ est, quod sufficit publicatio facta Romæ, & nota hunc casum ꝓ practica quotidiana, quia põt accidere vacatio alicuius bñficij a die obitus Papæ vsq. ad promulgationẽ regularũ, & de eo poterit eps disponere, qa tũc non currit alternatiua, nec reseruatio, prout inferius abundantius, in uer. reseruatio, cap. in istis, §. leges, 4. distinct.

Residentia.

PRIMO, quod aliquod beneficium requirat residentiam, quanto tempore potest præscribi?

Respondetur pro spatio quadraginta annorum.

Secundo, de residentia Episcoporum, licet dictũ sit sup. quorũ cã ad Metropolitanũ, & ad Nuntiũ Apostolicũ spectat: est & notandũ, qd dicit Azon. in sum. li. 7. de epis. & cler. rub. 6. quod Epi qñ recedunt a suis ecclesijs, dẽnt hre itas suorũ Metropolitanũ, uel Patriarcharum, uel Imperatoris, quod uix hodie obseruat, & annuit Sac. Conc. Triden. sess. 6. c. 1. de refor. & Sess. 23. c. 1. de refor.

Tertio, absentiæ cãæ, quam sint petissimæ, vide Azon. in sum. li. 2. codicis, rub. 49. & licet loquatur de militibus, tñ valet argumẽtum ad militiã ecclesiasticã, put patet vulgatis, facit pro Conc. Trid. Sess. 6. c. 1. & Sess. 23. c. 1. de refor.

Quarto, an quis possit parumper abesse a bñficijs requirentib. residentiã? Respondetur ex Archid. & Gem. in c. licet canon. §. is etiam, uer. quæro quomodo, quod non debet amarè sumi, ut nunq̃ recedat ab ecclesia, sed dẽt intelligi ciuiliter, ꝙ Theologi sc ẽt dicere, non in rigore mathematico, sed moraliter, hinc nõ satis bñ faciunt, quidã Ordinarij præcipientes parochis, uel canonicis, sub pœna excõicationis latæ sniæ, vt nõ discedant per diẽ a sua residẽtia, faciunt, quæ dixi in 1. p. in uer. edicta, § 2. uer. 19. & in uer. priuatio, §. 4. uer. fm dubiũ, nisi hoc ordinarij facerent ex aliqua causa urgentissima, sed in casu absentiæ fiat prouisio, ne cura aiatum aliquod patiatur detrimentum, Sac. Conc. Trid. Sess. 23. c. 1. §. quoniam, de refor.

Receptatores.

RECEPTATORES bannitorum, & homicidarum, incurrunt pęnas, de quibus Pius V. bul. 15. quę incipit, indefessa, & alia 13. quæ incipit, Ex supernæ, & alia 16. quæ incipit, Cum nos super.

Reuelari.

PRIMO, qui scit occultè, non tenetur reuelare, nec prælato publicè, sicut notatur de testibus synodalibus, c. Eps in Synodo, 35. q. 6. sed solũ ad aures prelati, ut corrigat occultè, Addit. in Host. de sent. exc. §. nedũ, sfa C. si aũt scit alios testes, & pt illud pbare non sufficit hoc reuelare prælato occultè, sed publicè deponere debet, Addit. lo. cit.

Reuelationes excõicationum, non debet cõcedere Episcopus parti læsæ, vel damnum passo, quando pars læsa, uel damnum passus, uellet agere ad pœnam sanguinis, vel iustitia mediante, uel propria auctoritate, Addit. lo. cit. nu. 5. in fine.

Secundo, fit monitorium, ut omnes, qui sciunt tale, vel tale, vel bona sabtra cta, debeant reuelare, an omnes scientes teneantur, sub illius excommunicationis pœna reuelare? Rñdetur, qd cum regula sit, quod qui nõ pot pbare id, quod vult reuelare, non teneatur reuelare: hinc fit, quod medici, aduocati, procuratores, consultores, consiliarij, non tenentur ea reuelare, quæ sibi fuerunt cõmunicata clanculo, nisi aliunde id sciant. Nau. cons. 16. de penit & remiss. & in Manua. c. 25. nu. 42. hoc tñ fallit in multis casib. prout dictum est in uer. testes, §. 25 nimirum in crimine hæresis, vel proditionis ciuitatis, vel in re perniciosa multis personis, vel vniuersitati, Syman. de Cathol. Instit. tit. 41. a nu. 31. & dixi in pract. mea pœnit. c. 20. q. 4.

Tertiò, an, & qñ quis teneat rñdere interrogationib. vel positionib. sibi factis a iudice, uide, & distingue cũ gl. in c. 2. in uer. absq. rõnabili de cõfes. li. 6. & Gem. ibi, uer. cõclusio.

Renunciatio, resignatio, seu permutatio.

PRIMO, Si aliquis est præsentatus, uel nominatus ad aliquod bñficium, uel hẽt expectationem, vel est admissus, uel approbatus ad parochialem per cõcursũ, uel electus, qui omnes dicuntur habere ius ad rem, an iste possit permutare hoc bñficiũ, ad qd hẽt illud

illud ius cum aliquo beneficio, quod uere possidetur per aliquem?

Respondetur negatiuè per tex. in cap. 1. de rerum permut. lib. 6. & ibi Phil. Franc. per illa verba (sua beneficia) Nauar. cons. 43. num. 2. de simo. Feder. de Senis, q. 13. de permu. benefi. ratio est, quia permutatio debet fieri de beneficijs, iã quæsitis, & non qrendis.

Si quis beneficiatus renunciauerit alicui aliquod beneficium, an debeat resignatarius soluere redditus, seu fructus beneficij resignati dicto resignanti pro rata temporis, vt bigratia, fructus, & decimæ soluuntur de mense Augusti, & resignatarius accipit possessionem beneficij de mense Februarij, an teneatur soluere ratam pro quinque, vel sex illis mensibus; & Videtur, quòd non, quia solum fructus a solo separati, vel recoliti, vel qui cæperunt recolligi, ante possessioné, reliqui sunt successoris, & quia beneficia tus comparatur usufructuario, prout patet vulgatis, qui solum facit fructus suos, qñ sũt à solo separati, ita Nau. cons. 7. de succes. ab intest. & cons. 8. videtur dicere, & Couar. li. 1. c. 15. nu. 2. ver. his accedit, var. resol. tñ nu. 12. tenet diuidẽdos esse fructus pro rata inter renunciantẽ, & resignatarium sicut inter defuncti heredes, & successorem, quod bis videtur altius ex ratione signi. in cap. ic. præsenti, §. porro, de præb. lib. 6. idem tenet clarissimè Gemin. in c. 1. ver. quid si facit, de renun. li. 6. népe, q̃ debeantur fructus renunc ianti, vsque ad diem renunciationis.

Tertio, si quis uoluerit cum alio permutare beneficium, necesse est, vt fiat prius renunciatio ex vna parte, nam alias non posset fieri collatio, & ita poterit practicari, prout ipse feci Beneuẽti in permutatione cuiusdam mei canonicatus, ego resigno beneficiũ meũ tali titulo permutationis, eo hoc, vt ipse renũtiet bñficiũ suũ mihi eodẽ titulo, nec aliter nec alio mõ, Pau. Roma. tract. de pens. c. 7. nu. 28. & 29. quia si permutatio, seu resignatio completa est ex vna parte, & ex altera compleri non potest, alter poterit ad suam ecclesiam redire, vt notauit Feder. in 9. q. Pau. lo. cit. c. 7. §. nunc venio, nu. 15. & est communis.

Quarto, quia dictum est superius, beneficium resignatum Romę, vacare in Curia, hoc tamen fallit in beneficio resignato ibidem causa permutationis, & permutatione non sortita effectum suum, si resignantes moriuntur extra Curiam, etiam extra illam vacare censetur. Aeneas tract. de resign. 2. p. princ. nu. 31.

Quinto, an eps possit cõmittere alicui, ut recipiat resignationẽ bñficij? Rñdetur, qd non, nec legatus, Rebuff. de for. vic. Archid. nu. 109. sed põt hoc cõmittere Vicario suo gñali, idem nu. 105. quia Vicarius nõ põt priuare quẽ bñficio, nisi ex spãli cõmissione, idẽ lo. cit. nu. 135. imò qui hẽt ptãtem ex priuilegio, cõsuetudine, vel alias cõferendi aliqd bñficiũ in diœcesi alterius, nõ põt recipere resignationẽ illius, qa hoc pertinet ad Epm illius diœcesis, ubi est situ bñficium, idẽ nu. 108. & sic non valet regula, qui põt cõferre põt accipere resignationes, & qui põt instituere, põt destituere, qa hoc valet regulariter in ordinario, & nõ in eo, qui hoc habet ex priuilegio, ratio assignatur a Staph. folio 120. nu. 15. potest enim quis præscribere collationem, sed non propter hoc censetur præscripsisse resignationis receptionem.

Sexto, si quis esset accusatus, inquisitus, & processatus, & hẽret bñficium, an durante cãæ discussione, possit illud resignare? Rñdetur, quod sic, prout dictum est superius, immo etiam post sententiã priuationis, tñ suspensã per remediũ apellationis, ita dicit fuisse decisũ, Rebuf. tit. de mo. admit. benef. nu. 52. & 53. mõ fiat mẽtio in ipsa resignatione de priuatione processuq; resignantis: rõ est, qa criminosus nõ est ipso iure priuatus beneficio, vt sæpe dictum est, Sylua. 3. p. q. 2. nu. 7. Gom. q. 42. de ann. possesl. Diaz c. 88. & 123. & collatio facta criminoso tenet regulariter, Staph. fol. 36. nu. 31. exceptis casibus qbusdã, ut in assassinio hæretico, symonia, &c. & patet vulgatis, nã bñficiũ assassini põt subito conferri cũ sit ipso iure eo priuatus, sed eius possessio non potest capi, nisi lata sententia declaratoria, Ripa in c. sæpe, col. pen. de rest. spol. Couar. in c. alma mater, 1. p. §. 2. nu. 9. ver. 5. in fi.

Septimo,si quis resignauerit coram ordinario beneficium,intellige iuxta dispositionem bullæ Pij V.an possit illud idem beneficium postea resignare in manibus Papæ? negatiue respondet Rebuf.in regu.de infir.resig.gl.3.modo ordinarius admiserit dictam resignationem:ratio est,quia Princeps non intendit derogare iuri,alteri quæsito.

Octauo,resignatio facta de nocte sit valida? Respondetur quod sic, quemadmodum & collatio,ita Sylua.3.p.q.17.nu.4.Gom.q.38.de infir.resig.in vlt.& an idem sit, de elec. vide ibi,& distingue.

Nono,quia dictum est,accusatum de crimine posse,durante accusatione resignare beneficium,an id sit verum etiam in permutatione, verbigratia, Rector alicuius Ecclesiæ priuādus beneficio,vult permutare illud,quo vel certo scit,vel dubitat priuādū fore?

Respondetur,quod Gem.in cons.105.quod incipit,ad supplicationem,col.2. ver. quoad secundum,tenet,quod nō,& si dices,q̄ rō diuersitatis in resignante,& permutāte? dico,quod alicui licet permutare,& nō resignare, ꝓut dictū est superius. in ver. resignatio per bul.Pij V. q̄ ꝓhibet resignationes corā ordinarijs,nisi quibusdā causis, prout in alia bulla,sed nō permutationes,& aliquib.permittit resignatio, sed nō permutatio,ut priuandi,qa in resignatione quis nihil sentit cōmodi,in permutatione,vero sic, tñ Aeneas lo.cit.de reseruat.q.4.princ.effect.57.nu.12.tenet,qd pōt & permutare,& remittit se ad ea,quæ ipse dixit in cle.audītur,in ver.nonus modus,de rescriptis, nec permutatio facta ab excōicato valet,Couar.in c.alma mr̄,prima p.§.7.nu.2.versic.5. vide Staph.de lit.grat.f.112.nu.15.

Decimo,exemptus,& immediatè Papæ subiectus, nō pōt renunciare beneficia in manibus Ordinarij loci,Gem.in c.si Abbatem,per illum tex. notab.de elect.libro 6.

Quæ resignationes beneficiorum per Episcopos, & alios collatores admitti possint.

De forma publicandi resignationes,vide bul.Greg.XIII.quæ est 87.in ordine, & incipit,Humano.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

QVANTA Ecclesiæ Dei incommoda omni tēpore attulerit, & nūc quotidie magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa,iam late perspiciunt, & cū mœrore expendant Præsules omnes,& Pastores,qn̄ hæc pernicies cæterarum oīum maxima, tā multas orbis ecclesias impiè violauit: Quia uero hoc malum cum in cæteris frequēs tum maximè in beneficiorū, & officiorum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse dēt,quod perinde de reprimēdis quotidianis fraudib. q̄ hac in re frequētiores internascuntur,certā aliquā rōnē,tādē inituri Officij nr̄i partes in prohibenda oībus interim resignationū hmōi receptione paulo seuerius interposuimus, oēsque bnficiorum interim resignādorū dispositiones,q̄ fierent in irritum reuocauerimus,ac etiam decreuerimus,nullum per eas in illis iis,neque titulum,vel coloratum, tā in petitorio,quam in possessorio ipsis prouisis tribuere, quinetiam eos ab illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore,collatores vero alias in illorum dispositione, etiam tanquam deuolutionis iure sese interponere non posse,sed de eis,vt vere vacantibus,siue per Romanos Pontifices, siue alias collatorum, eorundem superiores vti præuentum esset liberè prouideri.Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino persequi, aut simul quantum in nobis est cauere,ne resignationes ipsę dehinc cuiusque arbitrio,nullisque, vel certe leuibus causis passim, & temere admittantur, prohibitionem , & alia prædicta,ac cæterea omnia nr̄is super his literis cōtēta eatenus relaxamus , ut posthac Episcopi,& alij facultatem habentes,eorum dumtaxat resignationes accipere, & admittere

mittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut criminis obnoxij, censurisq; ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non dent Ecclesiæ, vel beneficio inseruire, seu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, religionem quoque ingressuri, vel mr̃imoniū contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur, der.iq; cum quis ex alijs cāsib. acciderit, qui cõstitutione fœlicis recordationis Innocentij Papæ Tertij, de dimittendis cathedralibus Ecclesijs, edita continentur in c.nisi, cum pridem, de renun. vbi adit cās inimicitiarum, tam actiue, quàm passiue. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeūt vel non audent in loco beneficij residere securi. Sed nec horum vllus sacro ordine mā cipatus, nisi religionē ingressurus, valeat, vllo modo beneficium, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in uita possit commodè substentari, ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ canonicis sanctionibus, & apostolicis cõstitutionibus permittuntur. Caueant autem Episcopi, & alij prædicti, itē que omnes electores, presentatores, & patroni, tam ecclesiastici, quam Laici quicunque sint, ne uerbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs, & officijs successores ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Ceterum precipimus, atque interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficijs, & officijs resignandis predictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatatum, in extraneos collationum audeant prouidere, quod si secus, ac etiam quicquid, præter, vel contra formam prædictorum, fuerit a quocunque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere, qui vero contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur a beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione, præsentatione, confirmatione, & constitutione, prout cuique competierit, tandiu suspensi remaneant, donec remissionem a Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis penis volumus subiacere, & nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, presentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quo ad personas, quo vero ad capitula, & conuentus a diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus: Quibus etiam nullus alius, quam ipse Romanus Pontifex, siue absolutionis, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitione, & literis nostris predictis nihilominus in ceteris oib. ppetuo valituris, non obstantibus, &c. publicat. MDLXVIII.

Adest bulla suspensionis facultatis Episcoporum, & aliorum admittendi resignationes, vel permutationes beneficiorum, seu de illis, sic vacantibus disponere, quæ est quadragesimasecunda, in ordine, & incipit, Officium.

Reseruatio.

RESERVATIO est triplex, prima in corpore iuris, de qua in capit. 2. de conces. pb. prebend. quę etiam uocatur deuolutio, quando Episcopus non confert intra semestre, vel patronus infra legitima tempora, & Episcopus non prouidet, prout in c. pit. vnico, de iure patro. lib. 6. cum alijs vulgatis, & de qua in capit. 2. de preb li. 6. quando beneficia vacant in Curia, vel apud sedem per duas dietas, c. psenti, & ibi gl. in ver. legales, li. 6. Gom. q. 17. de impet. benef. p obi. fam. Card. & in extrauag. ex debito, de ele. & extrauag. pię solicitudinis, de pb. & ad regimē, eo. tit. sub cõib. q an fuerint tpaneæ, vel ppetuę, uide in ver. bñficium, §. 3. conclus. 4. & Æneam de Falcon. tract. de reser. pfud. 4. Secunda per regulas Cancellarię, de qua superius in uer. regulæ Cãcellariæ: Tertia, quando Papa reseruat sibi omnia beneficia in omnibus mensib. ad prouidendos seruients in Curia, & laborãtes in uinea Domini, licet Æneas lo. cit. quæst. secunda princ. multas dicat reseruationes, sed hoc sufficiat bř, volui hęc scribere bř, remittendo

lectorem pro maiori,& ampliori doctrina ad dictum Æneam,& Gaſparem de Peru ſio in tractatu de referua.& Rebuff.eo.tit.& quomodo papa poſſit diſponere de beneficijs quatuor modis,nimirum primo per reſeruationem, Secundo per deuolutionem ex neglìgẽtia inferioris, tertio,p vacationẽ in Curia:quarto p plenitudinẽ ptãtis, vide Gem. in c.cũ in tua,§.inphẽdis,ver.qd ſi papa,de cõſue.li.6. & q̃ bñficia nõ cadãt ſub reſeruationibus iſtis,pro practica quotidiana,& faciliori indagine, dico breuiter.

Primo,beneficia de menſa,& quænam ſint,vide in ver.Menſa.

Secundo,beneficia ſuppreſſa.

Tertio,beneficia iuriſpatronatus laicorum ſolum, Staph.de lit.grat.f.17.nu.4.& f. 91.10.

Quarto,beneficia erecta poſt reſeruationem,vel prius erecta,& poſtea dotata, id eſt poſt reſeruationem.

Sexto,beneficia vacantia per priuationem.

Septimo,beneficia commendata.

Octauo,patrimonium,ad titulũ,rõne ordinis,iuxta decretũ Sac.Cõc.Trid.& bul. Pij V

Nono, beneficia regalia,& imperialia.

Decimo,beneficia debita prius alicui,i.quæ alicui fuerunt promiſſa per gratiam expectatiuam,vel mandatum de prouidendo.

Decimoptimo,beneficia alias reſeruata.

Decimoſecundo,beneficia,in quibus aliquis habet ius ad rem,vt in c. ſi tibi, abſenti, de præb. lib. 6.

Decimotertio, beneficia patrimonialia.

Decimoquarto,hoſpitalia quædam.

Decimoquinto,beneficia monocula.

Decimoſexto,beneficia,quæ ſpectant ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul.

Decimoſeptimo,beneficia,quæ habent aliquod onus annexum,puta præbenda Theologalis,vel pro magiſtro,Couar.c.36.nu 9 pract.quæſt.

Decimoctauo,beneficia ſæcularia collegiata.

Decimonono,beneficia manualia.

Vigeſimo,beneficia quæ vacant de iure,& non de facto.

Vigeſimoptimo,beneficia regularia.

Vigeſimoſecundo,beneficia collata,& nondum collatio exequuta.

Vigeſimotertio,beneficia electiua.

Vigeſimoquarto,beneficia per reſignationem vacantia.

Vigeſimoquinto,Capellaniæ,quæ non dantur in titulum a contrario ſenſu,gl.in clem 2. de decim.& dictum eſt in ver.Capellania,& in ver.ſpolium, §.15.

Vigeſimoſexto,beneficia vacantia per permutationes, vide plenius de iſtis Æneam loc. cit.c.3.& Gaſpar.lo.cit.§.quæ autem.

Præterea pro practica etiam quotidiana,& faciliori Epiſcoporum intelligentia,ponam infraſcripta breuiter:primum an Epiſcopus poſſit conferre beneficia, quæ vacauerunt in Curia per menſem,& non fuerunt prouiſa per papam?

Reſpondetur,quod ſic,elapſo menſe,ſed non ante,cap ſtatutum,de præbend.libro ſexto, ſed dubitatur,quod tempus habet ordinarius ad conferendum iſta, ego puto ſemeſtre, prout in alijs,capitulo ſecundo,de conceſſ.præbend.cap.licet, de ſup.negl.præl.& c. quia diuerſitatem,de preb.

Secundo,an poſſit conferre beneficia,quæ vacauerunt in Curia, ante mortem Papæ, & non prouiſa per Papam,dum viueret, vel vacantia in Curia, Sede Papali vacante?

Reſpondetur,quod ſic,a ſimili per dictum caput ſtatutum, & loquitur de beneficijs, & dignitatibus.

Tertio,an Epiſcopus poſſit conferre beneficia vacantia in Curia,etiam curata, Sede vacante,etiam non expectato menſe a die vacationis?

Reſpondetur,

Respondetur,quod sic,capitulo,si Apostolica Sede,eodem tit.& lib.

Quinto,an beneficia non vacantia in Romana Curia,sed deuoluta ad Sedem Apostolicam,& Papa non contulit,dum viueret,sed prius moritur? Respondetur,quod sic,Sede vacante,probatur a fortiori,quia vacantia in Curia,prout sup.multo magis extra,sed deuoluta,quia priuilegia Principis sunt latissimè interpretanda contra ipsum. Æneas lo.cit.q.4.effect.6.nu.12.

Quinto,an possit conferre beneficia non uacātia in Curia,sed extra,tamen in mensib.Papæ,siue per alternatiuam,siue aliq; illa? respondetur,quod sic,sede vacante,probatur a fortiori,& a simili,Aeneas lo.cit.q.2.effe.2.num.2.3. & 4. vbi dicit,quod beneficia vbicunque vacent æquiparantur vacantibus in Curia,intellige de reseruatione generali,sed deuoluta,sed per capit.2.de conces.præbend.& per regul.Cancellar.sunt de reseruatione generali,ergo,&c.& idem dicit in effec.sexto,numero decimo, vbi ait, qđ si legatus habet auctoritatem a papa,conferendi beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam,non censetur habere de beneficijs aliàs reseruatis,sed deuoluta, prout ibi, & citat Lapum alleg.nonagesimasexta,hoc tamen limita,nisi dicta beneficia Papa mandauisset prouideri antequam moreretur,& ante executionem prouisionis, papa moritur,quia tunc de illis esset bene prouisum,Gasp.lo.cit.§.6.

Sexto,nota,quod quando dicuntur vacare in Curia,vel apud Curiam, vel Sedem apostolicam,intelligitur per duas dietas,prout supra,capitulo præsenti,de præbend. libro sexto,& dieta est per viginti miliaria,prout ibi gl.in ver.legales,& Gom.q.17.de impetr benef.per obit.fam.Card.

Septimo,nota,quod aliqui dicunt,dicto capitulo statutum,& capitu. si Apostolica sede, fuisse correcta,reformata,& sublata per iura noua,nempè per extrauag.ex debito, de elect.& piæ solicitudinis,de præben.prout tetigi superius, tñ multi Doctores tenent, quod non,vt Gasp.lo.cit.Staph.in præfat.nu.secundo,& Aeneas lo.cit.prima par.q.4.effect.sexto,numero secundo,& effect.octauo,numero secundo, & tertio, & cum sit fauorabilis,est etiam amplianda,cum potestas Episcoporum reuertatur ad naturam suam pristinam,capitulo ab exordio,35.distinct.l.si vnus,ff.de pact.gl. in dicto capitulo,statutum,in ver.numerandus, nam licet reseruationes sint fauorabiles respectu reseruantis,sunt tamen odiosæ respectu Episcoporum,eo vel maximè, quando Ecclesiæ patiuntur detrimentum,propter longā vacationem,nisi Epi prouiderent, p iura superius allegata,& sic eps reducit ad ius suũ primæuũ,& naturale,cõferre sic licet beneficia suæ Ecclesiæ,& diœcesis,cap.ab exordio,35.dist.Staph.fol.55.nu.3.

Nec obstat,quod dicit Rebuf.in for.no.prouis.super claus.dummodo tempore,nu.13.qđ beneficia vacantia in Curia,sede vacante,prouidentur per successorem, quia non propter hoc negat,quin ordinarij possint illa conferre,sed illis non conferentib. successor Papa confert.

Nec obstat dicere,quod per mortem Papæ cessat reseruatio facta per regulas Cancellariæ,prout Rebuf.in indice pract.benef.in ver,reseruatio,fol.133.numero 33.sup claus. & quod omnium,& singulorum,& in tertia parte signif.licet id ibi non potuerim reperire,& alibi,quod regulæ Cancellariæ,expirant morte Papę,folio 123.num.duodecimo,quod nec potui inuenire,tamen id videtur dicere tract.de reseruat.nu.36.& qđ reseruationes in corpore iuris sunt perennes,quia Rebuf.fuit fortassis illius opinionis, & sic hanc amplector tanquam fauorabiliorem, & magis connaturalem Episcoporũ potestati,nã ipsemet Rebuf.tract.de deuolut.nu.98.dicit non solum Episcopũ,sed capitulum, Sede Episcopali vacante posse cõferre bñficia deuoluta per d.ca.statutum, ergo s̃m suam sententiam,c.statutum non est reuocatum,nec obstat dicere, quod tueor partem meam,& ago causam propriam defendendo Episcoporũ auctoritatẽ, cũ sim Episcopus,quia fateor ingenuè in episcopatu meo,vel paucas,vel tenuissimas hīc collationes,sed amicus Plato,amicus Socrates,& veritas per se elucet,Tulli.in rhe.

Decimo,nota mentem positum in d.c.statutum currere a die vacationis,non notitiæ,sicut dicitur in c.licet,de suppl.neg.præl.& de iur.patro.gl.in d.c.statutum, in ver.numerandum,qa hoc est interdictum in fauorē Ecclesiarum vacantium,ne diu vacent.

Decimoprimo,nota quod dicta bñficia,& dignitates sic ad ordinarium deuoluta, bñficio,d.c.statutū,& indulgentia,d.capitulo Sede Apostolica, conferri debere ab ordinario infra legitima tpa,,put in c.secundo,de concess. præbend. alias iterum fit deuolutio ad Sanctam Sedem Apostolicā, & ēt per regulas Cancel. factas a Pōtifice successore,,put dixi superius in uer.regula cancellariæ,& sic ego practicaui im Epatu meo Minorensi,inueni dignitatē Archidiaconatus vacantē,quasi per annū,& quandā parochialē,& quadā bñficiuncula sede Epali vacāte, quasi per triennīū,q̄ propter eorū tenuitatē a nemine impetrabantur,quia ut vulgo dr̄,(*Era piu la spesa,che la presa,*) & impetraui facultatē à Sanctissimo Dño nr̄o Clem.viii.cōferendi illa, fauore,& intercessione Illustrissimi Card.Cinthij Nepotis eiusdē Sāctitatis,hoc anno 1597. quæ vniui capitulo pauperrimo ,p distributionib.quotidianis,ad horas canonicas recitandas,qd prius non erat.

Decimosecundo,reseruatio bñficiorum facta a Papa currit non solū a die reseruationis inclusiuè,prout sup.in ver.alternatiua,§.5.sed a momēto tpis,Gem. in c.si eo tpe, ver. quæro,de elect.li.6.

Decimotertio,reseruationes factæ a Papa expirāt per mortē illius,Gem.in c.2.ver. quod nota de offic.leg.li.6.vide in 1.p.in uer.beneficium,§.2.uer.fallit quinto.

Reprobatus.

REPROBATVS ob vitium, speadē lepra percutitur,per regulā,q semel malus,Hostien.in tit.de elect.§.nedū criminādus,nu.10.quod nota ,p cōcurrentib. ad bñficiū, licet adueniente mutatione morū in melius possit admitti.ita fac.Conc.Trid.Sess.25. c.14.de refor.ver.donec post manifestū:rō est,quia mores uariantur,in dispu.t. c.de petro,47.dist.& Caualc.dec.19.& dictū est i uer.cōcurs9,i ver.ordo,& in uer.dimissoriæ.

Sedes Episcopalis,siue thronus.

SEDES Episcopalis,siue thronus Episcopalis,quid significet? Respondetur ex decretis Vrbani Papæ primi,ut hētur in sum.concil.in hæc verba, qd aūt sedes in ecclesijs episcoporū excelsæ constitutæ,& pparatæ inueniuntur,vt thronus speculationē,& ptātē iudicandi, & soluēdi,atq; ligādi a Dño sibi datā materiā docēt,vñ Matth.c.16.legitur quecunq. ligaueritis,&c & Io.c.20.quorū remiseritis,& inferius: valde.n. timēda est snīa Epi,licet iniustè ligat aliquē,c.quib.Epis,11.q.3. significat vigilantiam Episcopi super gregem Ezechiel,c.23.& 34.vbi habetur speculatorem dedi te domui Iuda,&c.

Sceptrum:

SCEPTRVM est vnum de signis regalib.in cuius culmine apud antiquos ethnicos Reges erat sculpta imago Iouis,hodie vero apud Reges Christianos imponitur imago Crucis,vel Christi Dñi nr̄i, significat, quod Rex sub pace vult fouere omnes suos subditos,mares,& fœminas,potentes,& impotentes,ita Doct.tex.in capit.ex tenore, de for.compet.& Afflict.in const.omnes nostri,1.notab.

Sedere:

DE SESSIONE debet haberi ratio,& seruari ordo consuetus, quia honor sedendi vocatur priuilegium,& satis decorat, Afflict.in const.in locis demanij, in 1. notab. quod facit pro eis,quæ diximus in ver.concilium,& in parlamentis Regijs.

PRIMO,

Sententia.

PRIMO, an sententia in qua pronunciatur appellationem fore desertā, sit diffinitiua? respondetur ex Cap. Tolos.q.303.quod non, sed habet vim diffinitiuæ, sed qñ pronūciatur bene appellatum, uel econtra: tunc est diffinitiua, & sic habet locum in ea, fac. Conc. Trid. sess.24.c.2.de refor.

Secundo, in materia beneficiali, nunquam sententia facit transitum in iudicatum, ita gl. & Doct. in c.1.de concess.præb.Rebuf.de subrogat, nu. 22.uer. lata, in materiam matrimonii, c.lator, de sent.& re iud.nec in crimine hæresis per bul. Pii V. Couar. de sponsa. 2.par.§ vltimo nu.12.

Tertio sentētiam dans iudex ecclesiasticus, propter illa quatuor requisita scilicet, odium, fauorem, timorem, & præmium est ipso iure suspensus ab officio per annum, & si interim celebrauerit, efficitur irregularis cap, 1.glo.& Gemi.de re iud.lib.6.

Quarto, an, & quando iudex debeat exprimere causam in sententia, uide Gemi.in ca.si confirmationem de elect.lib.6.in fine, ubi dicit, quòd tunc debet exprimi causa, quando vltra intentum suum possit partibus præsentibus præiudicare c.sicut de re iud.& ibi glo.in ver.exprimitur Gom.in c.statutum nu.12.de rescrip.lib.6. Mara.6.p.tit.de sent. nu.50.Faller.pract.cri. 4.p. nu. 88. ubi dicit quod in sententiis criminalibus causa debet poni.

Quinto sententia prolata super præsentatione, uel electione, ut verbigratia de institutione præsentati, vel confirmatione electi, an sit interlocutoria solum, uel interlocutoria hebens vim diffinitiuæ, vel diffinitiua, vide Gemi.in c.fin.uet.secundo nota, & glo.de elect.lib.6.ubi dicit si causa sit inter partes in contradictorio iudicio habet uim diffinitiuæ, si non sit solemniter uim interlocutoriæ, si solemniter, & non inter partes uim diffinitiuæ etiam, quod deseruit pro declaratione sacri Conc. Trid. sess.24.c.20.de refor.& dictum est in 1.p.ver. Appellatio §.1.

Secretum.

SECRETVM non debet reuelari, etiam prælato, præcipienti sub pena excommunicationis, quando non potest probari, uel non præcesserit infamia, uel indicia, Sot.de rat. reg.secr.folio 119.D.Th.22.q.91.secretum sigilli confessionis nunquā, sed vide in prac. pen.c.20.

Subditi.

SVBDITI, qui dicuntur? respondetur, quod non solum ratione originis, uel domicilii: sed ratione delicti, contractus, rei sitæ, & beneficii, cap.fi.de for.compe.& ca.Romana, §.contrahentes, eod.lib.6.& ibi Couar.capit.ualentes, de priuileg.& hoc facit pro iuribus antiquis, vel nouissimis, & præsertim Sac.Conc.Trid.in capitu.liceat, ubi habetur episcopum posse exercere iurisdictionem in subditos, & sic posset in omnes subditos, de quibus hic Addit.in Host.in sum.tit.de sent.excom.§.medium litera C.c.facit quòd dicit glo.in c.nuper in uer.tunc erit absolutio de sent.excom. & glo. in clem.quamuis in uer.subditos de sot.comp.& Gemi.& Archid.in c. cum episcopus versi.ex secundo de offi.ord.lib.6 ubi dicitur prælatum habere ordinariam auttoritatem, in aliquas personas ratione delicti rei sitæ, & contractus, licet alibi habeant domicilium.

Sepul-

Sepulchrum Christi.

SEPVLCHRVM Christi Domini nostri, non potest sine Summi Pontificis licentia visitari,& non sine ratione,& ea potissima,ne leues homines, terroribus, blanditiis, vel cruciatibus infidelium a fide diuertantur, D.Ant.1.par.tit.2.c.3.§.4.tracta.de Iub. & Indul.notab.30.nu.2.Rebuf.de breui apost.& aliis nu 35.ubi dicit hoc concedi per breue,vel per signaturam,si est præsens,uel absens impetrans.

Sepultura.

PRIMO, an habens sepulturam in aliqua eius capella,possit admittere,vt alii sepeliantur in ea,Nauar.cons.1.de sepult.vř dicere,quod sic,per clem.dudum,§.hmői,d. sepult.etiam sine speciali licentia Episcopi,hoc tñ ego limito: primo, ne procedat,qñ ex hoc sequeretur præiudicium Episcopo,puta,quia solet aliquid exigere pro iure sepeliēdi, & si aliquis sepeliatur in sepultura patronata episcopus amitteret illud, quia nec Princeps solet concedere priuilegium alicui in præiudicium tertii,c.ex tuarum de auctor.& vsu pal.& ibi gl.in ver.permittat, nec Papa conferre solet beneficium,in quo, vel ad quod quis habet ius,per reg.Cancell.de non toll.& c.secundo,fallit quando patronus non haberet facultatem in concessione, sibi facta ab Episcopo,vt possit alios admittere ad sepulturam suam.

Secundo,an meretrix,quæ eo anno confessa est,& Paschate communicauit, etiam si reperiatur in domo amasii sui occisa,debeat sepeliri in Ecclesiastica sepultura?

Respondetur quod sic,quia præsumitur mortua contrita,& non in actu peccati, Nauar. cons.6.de sepult.idem censendum est,si quando aliqui reperiuntur occisi propter incontinentiam a propinquis,quia præsumuntur, obijsse, inuocato Santissimo nomine IESV,omnis moriens,qui Paschate confessus est,& communicauit, nisi cōstito,quod in peccato mortali mortuus esset,similiter etiam,qui reperitur mortuus,vel suspensus, vel occisus in camera,etiam ianuis clausis,nisi sciatur,seipsum occidisse,idem cons.7. de sepult.& constare,& scire dř,qñ certo scitur:secus in dubio, quia in dubio,præsumi debet,quem potius benè,quam malè mori,c.sancimus,7 q.1.ca placuit,23.q.5.Couar. lib.2.c.1.in 10.v.ar.resol.sic etiam inuentus mortuus in puteo, idem ibidem.

Tertio,sepultura alicui concessa per priuilegium, non ideo tollit quartam canonicam debitam curato,etiam si concedatur libera,Panor.in c.certificari,col.3. nu. 10.de sepult. Rebuf.de differ.in tit.priuil.rescrip.& mand.nu.17.ratio est vulgatissima,quia quotiescunque Princeps concedit aliquod priuilegium alicui intelligitur absque præiudicio tertij.

Simonia.

PRIMO,quamuis sit simonia,dare aliquid ministris,vel seruitoribus alicuius prælati, vt porrigant preces illi,pro beneficio impetrando,non tamen quando eis datur aliqd, vt sollecitent,& ad memoriam reducant negotium,Nauar.cons.34. de simon.

Secundo,Episcopus concedendo iuspatronatus alicui,vel ius præsentandi ad aliquod bñficiū ob augmentū redditIum,quod accipiēs dat,si ob id aliquas pecunias acceperit,nō est excōicatus ipse episcopus,nec incurrit aliquam labem simoniæ:ratio est,quia excōicatio simoniæ non incurritur,nisi vel in ordine,vel in beneficio,sed iuspatronatus,nō est beneficium,sed ius quoddam spirituali annexum,vide Nauar.cons.87. de simon.& c.23.3.notab.4.5.& 6.& c.27.nu.106.extrauag. Pau.II.de simon. sed illa extrauag.intelligitur de simonia reali,Gom.q.12.de trien.possel.& in beneficialibus,& ordinibus ecclesiastic.cuiusmodi non est ius patronatus.

Tertio,simoniacus occultus,vt quia habuit beneficium per simoniam,non est inhabilis ad alia habenda beneficia,mō sit absolutus prius ab excōmunicatione,nec si est notoria

vel

vel de ea fuerit condemnatus, Nauar. consil. 95. nu. 5. versi. 5. hoc tamen fallit in parochialibus, vbi simoniacus perdit beneficia obtenta, & est inhabilis ad futura, sacro Conc. Trid. sess. 24. c. 18. § caueantque, de refor.

Quarto, simoniacus ignoranter prouisus, de beneficio, potest per Episcopum dispensari, vt possit habere idem beneficium, etiam si institutio illius non spectet ad dictum Episcopum, sed ad alium inferiorem, Nauar. consi. 97. nu. 5. de simon.

Quinto, si quis dat pecuniam, vel aliquid examinatoribus, vt approbent eum ad ordines suscipiendos, vel aliis, ut impetrent pro eo dimissorias ad ordines, vide Nauar. consil. 67. de simo. & supra in ver. dimissoriæ.

Sexto, qui recipit beneficium ad cõfidentiam committit simoniam conuentionalem, & fit incapax ad beneficia obtinenda in futurum, sed ad priuationem beneficii non proceditur, nisi quando agitur de simonia reali, Cassad. decis. 5. de constit. Caput Aq. decis. 238. par. 3. hoc tamen intellige nisi interueniat datio, & perceptio, ex utraque parte, prout dicitur inferius, quia tunc esset realis.

Septimo, datio, siue receptio siue conuentio superueniens ex post facto, non inducit simoniam, Abb. in c. cũ M. nu. 24. de consti. Dec. cons. 218. nu. 4. Caput Aqu. dec. 239. par. 3.

Octauo, simonia non probatur per testes socios criminis, & muneris, etiam quod nihil receperunt, dummodo fuerit illis promissum, Caput Aq. decis. 244. par. 3.

Nono, qui permutauit beneficium cum alio beneficio, quod permutans asserebat valere in fructib. uiginti aureos, & affictat illi resignatario fructus annuos, pro illis uiginti, si realiter illud beneficium non valebat viginti, & iste ignorat, & percipit, an committat simoniam?

Respondetur quod non, pro tempore, quo id probabiliter ignorabat, quia sic ignorans, debet excusari a damno, cap. 2. de constit. & nulli debet prodesse sua fraus, c. sedes, de rescrip. l. inquit, fullo, ff. de furt. quod idem affirmat de contractu censitico, posito supra rẽ non tantum fructificantem, quantum vẽdens asseruit, Nau. com. de vsur. q. 16. nu. 118. & sic postea scit, non tantum valere, sufficit, quod fiat compensatio pro rata, nisi esset, quid modicum, Nauar. consi. 13. de rescrip.

Decimo, simoniaca impetratio, collatio, renunciatio, resignatio, electio est ipso iure nulla extrauag. Pau. II. de qua superius iuxta limitationem positam ibi ex Gomesio, & dĩ infra, §. 13. Cap. Tolos. q. 438. & ibi Addit.

Decimoprimo, annatam, vel medios fructus beneficiorum soluere, an sit simonia, vide in uer. bullæ, §. 12.

Decimosecundo, modicum quid accipere pro bullis, vel pro expẽsis factis in illis, aut pro collatione, facta ab ordinario, et pecuniam, non est simonia, gl. in c. super hoc, in versi. pecuniæ, de renunc. Imola, & Fel. in c. dilectus, il primo de simon. Rebuf. titulo de simon. iu resignat. nu 22.

Decimotertio, Titius permutat bñficium cum Seio, cũ pacto, ut Seius expediat vtrasque bullas suis expensis, an sit simoniacum? respondetur quod sic, Nauar. conf. 30. de simo.

Decimoquarto, in simonia reali, ad hoc, vt incurrantur pœnæ prædictæ, an sufficiat, quod ex una parte tantum fiat receptio rei, vel tpalis, uel spũalis, v. g. promittit quis centum Epõ, vel cuilibet, pro habendo bñficio, vel ordine? respondetur qd Caiet. in sum. in ver. simonia, 22. q. 100 ar. 6. & Sot. & magister meus, tenent, quod sufficit, si quis habuerit ordinẽ, vel bñficium, licet nondum sint soluta illa centũ, sed Nauar. in c. 23. in Manua. dicit quod non, nisi sit cõsumata datio, & acceptio, ex vtraque parte, & ita vr sonare extrauag. Mart. V in conc. costant. quæ incipit, Sacro, ut refert Syluest. in ver. simonia, §. 19. & ita ego censeo, tum per c. odia, tum quia habemus Doctores, tum quia iugũ Domini, suaue, & quia pœnæ non incurruntur, nisi de eis fiat expressa mentio, prout in c. is qui, de sent. excom lib. 6.

Decimoquinto, dubitatur, quis possit dispensare cum simoniaco? Respondetur primo si, simo-

simoniacus est in beneficio,& simonia causata est eo sciente,tunc solus Papa dispensat vt possit habere,vel illud,vel aliud bñficium,c.de simoniacę, & ibi Abb.& in c.qm.de sim.Sylua.3.p.q.31.nu.4.dico 2.si simonia contracta est eo ignorante,si durat ignoran tia probabilis,ea durante,nec incurrit censuras ecclesiasticas,inflictas contra simonia cos,nec cõsequenter priuationẽ beneficii,quia vulgatum est illud canonistarũ,& theo logorum,censuras ecclesiasticas non incurrit sine peccato mortali,vel contumacia,ca. nullus cum vulgatis,11.q.3.& ad incurrendas pęnas,& irregularitates requiritur præsumptio,clem.1.& ibi Doct.in ver.præsumpserint de priuileg.Caie. & Nauar.tertio,si sciuit postea statim tenetur id bñficium resignare,& tunc potest Eps cum eo dispensa re in eodem beneficio,eumque absoluere a censuris,glo.in d.c.de simoniacæ, in ver.re manere,& in c.ex insinuatione,in ver.elegerunt,eod.tit.& in c.per tuas,il secundo,in ver.secure,in fine,Gom.q.12.de trien.possesf dico quarto,quo vero ad censuras ecclesia sticas incursas a sciente committente simoniã in beneficio, si casus fuerit occultus, põt Eps eum absoluere,& cum eo dispẽsare,prout dictum est superius, & per Doctrinam antiquorum,prout refert Apostilla in d.c.& gl.nu.3.& per sac. Conc.Trid.c.liceat,24. sess.in beneficio uero sic simoniacè scienter impetrato solus Papa dispensat, & nõ solũ perdit illud,sed præterita,& sit inhabilis ad futura,prout sac. Conc.sess.24.ca.18.iuxta medium,de refor.& si dices,ibi loquitur in concurrentibus ad beneficia curata: dico, quod valet pp indemnitatem rõnis:si vrges non licere fieri extensionem dej casu ad ca sum in pœnalibus:dico quod sic,qñ militat eadem rõ: prout dixi in uer. extensio,hoc est verum solum in concursu parochialium,prout supra, §.3. oppositis non obstantib. dico quinto,si simonia est in ordine,tunc põt Eps absoluere simoniacum,tam si igno-ranter,quam si scienter eam incurrerit,modo casus sit occultus, ex doctrina eiusdem sac.Concil.dico sexto,si uero casus est publicus,puta, quia scitur saltem a sex personis, prout dictum est in ver.excõicatio de cau.form.§ .tertium dubium,ver.quintum:tunc Papa absoluit,quia est Papalis excõicatio,prout in extrauag.Pau. II.quæ incipit,dete-stabile in tit.de simon.Nauar.c.23.nu.notab.4.cum seq.& c.25.nu.69.notab. 3.& dixi in uer.dimissoriæ,§.7.& quia sac.Conc. solum cõcedit episcopo absolutionem casuum papalium occultorum,ac dispensationem irregularitatis occultæ(excepta ea,quę ex ho micidio voluntario.)

Decimosexto,quod remedium simoniaco? Respondetur,si est in beneficio ignoranter,et occultè,prout dictum est superius,adeat Episcopum, qui eum põt absoluere , & cũ eo dispensare,absoluere dico quatenus indiget,quia stante ignorantia,non incurrit,vt pa tet:dico dispensare,ut possit retinere bñficiũ, & quamuis multi Doctores dicant,quod Eps possit cum eo dispensare,ut possit retinere idem beneficium , sed non eandem dignitatem,sed ego non curo de hac distinctione, cum ignorantia probabilis excuset:si scienter adeat Papam cum doctrina,& practica,Rebuf. in tit. quot modis beneficia ac quir.nu.9.si in ordine dic similiter,prout supra:Nam simoniacus in ordine est ipso iu-re suspensus,& excommunicatus:in beneficio uero,solum ipso iure suspensus, Syluest. in uer.simonia,§.19.Nauar.c.23.in ult.& patet ex dictis.

Sodomia.

PRIMO,nimium nefandum crimen est mixti fori,& si quis ob id fuerit punitus a Iudice ecclesiastico,põt ẽt a sæculari Iudice puniri,Nauar.cons.1.nu.de iudic.huius nefandi criminis pœnas præterea,quæ sunt de utroque iure,uide bul.Pii V.quæ est 5.& incipit,Cum primum,& bul.70.quæ incipit,Horrẽdum,& Leo.X.bul.11.quæ incipit, Supremæ, ubi omni priuilegio clericali,officio,omni dignitate bñficio ecclesiastico est ipso iure priuatus,exercens tale facinus, vide Nauar.c.27.a num.248. & est causa separationis inter coniuges,Couar.de spons.2.par.c.7.§.5. nu.7. & impedit ordinis executionem,Staph.fol.140.nu.5.

Secun-

Secundo, priuatur ipſo iure beneficio, quia eſt grauiſſimum crimen, c. mulier 15. q. 1. c. per odio, & quæ allegat Rebuf. de mod. amit. benef. nu. 30. qd tamen limita, & intellige, iuxta notata per Nauar. in Manua. c. 27. nu. 149. vbi refert partem bullæ Pii V. per quā priuat ipſo iure omni priuilegio, officio, dignitate, & beneficio eccleſiaſtico, & quod degradatus per Iudicem Eccleſiaſticum, tradatur Curiæ ſeculari, vide Diaz in pract. cri. canon. cap. 80. cap. clerici de exceſſ. prælat. c. flagitia, 32. q. 7.

Suſpenſio.

PRIMO, quia interdum quis ſuſpenditur ab officio, aliquando a diuinis, quæritur, quid intelligitur per ſuſpenſionem ab officio, & quid a diuinis? rñdetur, quo ad primū qd ſuſpenſio ab officio includit ſuſpenſionem ab oīb. actib. peculiarib. ordinum, & iuriſdictionis, vnde non pōt, ſic ſuſpenſus exercere actū aliquē ordinis, nec iuriſdictionē, vel prædicare, vel legere. ſuſpēſus vero a diuinis includit ſolum actus peculiares ordinū, & ſic prædicando, legendo, exercendo iuriſdictionē, nō incurrit irregularitatē ſicut in primo caſu, vbi exercēdo actus, cōuenientes ordini ſolū, ſit irregularis, Couar. in c. alma mater, 2. parte, §. 2. nu. 4. c. rñſo, de ſent. exc. Nauar. conſ. 58. 60. & 63. de ſent. excom. Sylueſ. in uer. ſuſpenſio, §. 5. ver. ſi verò Diaz prac. cri. cano. c. 122. & Couar. in c. alma mater, 2. p. §. 2. loc. cit. ſuſpenſus a beneficio quid importet, vide in 3. p. eod. verſ. ſuſpenſus ſimpliciter quid importet vide ibidem, vbi importat ſuſpenſionē ordinum Gemi. in c. 1. §. eos notab. 3. de temp. ordi. lib. 3.

Secundo, ſi quis inciderit irregularitatem, & poſtea diſpenſetur ſecum per Datarium, tñ impoſita ei ſuſpenſione magnā ab ordinum executione, an Epiſcopus poſſit cum abſoluere a dicta magna, & longa ſuſpenſione. Nauar. conſ. 16. nu. 2. de temp. ord. dicit ꝙ nō ego verò dicerem, quod ſic, ſtante cauſa, prout dixi in ver. pęnitētia, quia magis, & minus non variant ſpeciem.

Sponſus:

SI duo contrahunt matrimoniū, per verba de præſenti, & ante copulā alter illorū ingrediatur monaſteriū, ſeu religionē, altero inuito, quātū tpis tenet ipſū expectare, remanens in ſæculo? Rñdetur in c. ex publico de conuerſ. coniug. per duos menſes, vel alias arbitrarium, c. commiſſum de ſponſal. extrauag. antiq. concertat. Io. 22. tñ de iure nouiſſimo ſac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de refor. reg. dēt expectare vſque ad profeſſionem expreſſam, quæ ſit elapſo anno integro. Nauar. conſ. 1. de conuerſ. coniug. & ita practicaui Surrenti, quamuis, elapſo anno, vxor exiuerit a monaſterio, & uir etiam a ſua religione, & ſic in ſæculo permanſerunt vſque ad mortem de anno 1584. & ratio eſt, quia ſi remanens in ſæculo expectatis duob. menſibus, uel antequam alter ingreſſus religionē profiteatur expreſsè nubat ſecundo, ſi ille exierit a religione quid? ergo expectare poteſt profeſſionem expreſſam.

Spolium.

QVIA ſubcollectores, ſeu commiſſarii ſpoliorum ſolent aliquando ponere manus in ea, quæ de iure non ſubſunt ſpolijs, contra intentionem Summorum Pontificum, & diſpoſitionem ſacrorū canonum in eorum graue peccatū, & tertij præiudiciū: ideo pro practica quotidiana, volui hic inſerere multa notanda.

Primo, primum, mos ſpoliandi defunctos eccleſiaſticos bonis per collectores fuit ab antiquo ſeruatus in Romana Curia, ut dicit Card. in ca. niſi cum pridem, §. intueri, in 3. not. de renunc. vbi ſubdit pp hāc cauſam, plures uiros egregios abhorrere prelaturā, ne priuentur libertate teſtandi, ita Gom. de breuib. nu. 17. Gemi. in c. nemo, uer. gl. de elec. li. 6. dicit qd tpe ſuo collectores recipiebāt fructus bnficiorū uacātiū, ꝓut mō et faciunt.

Secundo, bona, quæ beneficiatus reliquit ex his, quæ in ſuos vſus decenter inſumere poterat, q̄ facit ſibi, quaſi patrimonialia, nō ſunt ſpolia, Nau. trac. de reddit. ecc. monito 26.

&

& tracta.de spoliis,§.1.nu.3.& §.6.nu.7.per bul.Pii V.hoc tamen limita primo,procedere in beneficiariis sæcularibus,non in beneficiariis regularibus, idem loc.cit.§.5.nu. 2.secundo,ego limitarem pro leuiori,& breuiori practica, non procedere in beneficiato,non habenti redditus ultra triginta aureos,prout inferius,§.6.

Tertio,bona,quæ prælati, & beneficiarii regulares relinquunt inconsumpta sunt spolia. Pius IIII.bul.sub datum Romæ,Anno M D L X. Nonis Februarii Pontificatus sui anno secundo,Nauar.loc.cit.§.5.nu.2.

Quarto,spolia non solum in Italia,sed et in aliis Regnis, & Prouinciis sunt Papæ,ibidē.

Quinto,beneficiati,tam curati,quam simplicis beneficii, non pñt testari,nec legare,nec donare,cā mortis,sed solū irreuocabiliter inter viuos,Nau.de reddi.sup.c.fi.16.q.1.monito 34.& in Apolog.monit.81.de spol.§.6.nu.5.uer.1.notorīū est,prout tangit Couar. in c.cum officiis,de testa.nu.1.& 3.ubi disputat,an clericus sit usufructuarius, an vsuarius de redditibus ecclesiasticis , & concluditur ab omnibus communiter , quod est vsufructuarius in uita,& vsuarius in morte, vide Syluest.in uer.clericus , quarto,§.20. & 21.uide gl.in c.fori,in uer.obitus de pecul.cler.Gomel.q.1.in ult.de trien.possess.Io. Nic.Gimon.de grat.expect.fol.377.nu.24.& 25.

Sexto,bona beneficii,qui non habet beneficia,uel pensionem excedentem ualorem triginta ducatorum aurei de Camera,non faciunt spolia,bul.Pii V.& Nauar.§.1.nu.5.& 7.loc.cit.nisi exercuerit negocia illicita , qui triginta ducati de Camera aurei , faciunt plusquam quadraginta de Regno.

Septimo,bona regularium,decedētium extra claustra,& apostatarum,sunt spolia,& spectant ad Reuerēdā Camerā Apostolicā,Greg.XIII.bul.44.quæ incipit,Officii nostri.

Octauo,spolia prælatorum,& aliarū personarum ecclesiasticaiū sine testō, uel facultate testandi decedentium,sunt spolia.Pau.III.bul.13.quæ incipit,Romani Pontificis.

Nono,prælati,& aliæ personæ Ecclesiasticæ, testandi facultatem a Sede Apostolica habētes decimam partem bonorum locis piis donarē,aut iure legati tātummodo relinquere possunt.Pau.III.bul.53.quæ incipit,Romanus Pontifex.Pius IIII.bul.11.quæ incipit,Graue.Pius V.bul.71.quæ incipit,Sacrosanctum .

Decimo,reuocatio facultatum testandi,& quouis modo disponendi de acquisitis ex locis Ecclesiasticis,ac de aliis rebus , et proprio labore partis ad commodum illegitimorū, etiam legitimatorum,non tamen hospitalibus expositorum, & orfanorum , & abrogatio habilitationum eorundem illegitimorum succedendi in dictis bonis , aut rebus feudalibus,& emphiteoticis a pijs locis profectis,uideatur in Pio V.bul.220.quæ incipit,quæ ordini,& ampliatur hoc etiam ad bona patrimonialia,idem bul.152.quæ incipit,ad Romanum.

Decimoprimo,Clericorum bona,ex illicita negociatione acquisita,ueniunt sub nomine spolii,& spectant ad Reuerendā Camerā Apostolicam.Pius IIII. bul. 23.quæ incipit, de cens.& bul.31.quæ incipit,Romanus,& Pius V.bulla hic inserta .

Decimosecundo,quia subcollectores,vel cōmissarii,qñ bñficiati non sūt in sūma cōtenta triginta ducatorū de Camera,prout in bul.prædicta, solent intrare per aliā portā,nēq; e per illicitā negociationē,iō volui hic īserere aliquot casus, de qb. posset dubitari, nā oīa acquisita per negociationem illicitam a clericis, quæ remanserūt mortis tempore,vel quibus in vita priuantur,sunt spolia,ita Nauar.de spol.§.7.nu.ver.3.

Decimotertio,primū oīa acquisita per clericos ex beneficiis retentis cōtra iura,puta execrabilis,uel nō residēts,uel per simoniā,& alia , prout hēs p extensū in uer.intrusus.

Secundum ex officijs exercitatis contra iura,prout in clem.1.de vit.& hon.cler.& in tot. tit.de vit.& hon.cler.& alia,q̃ plura,q̃ habes in Diaz in prac.cri.canon. Hos. in sū.de vit.& hon.cler.Syluest.in ver.clericus 3.ut Medecinæ,Chirurgiæ,& alias, eis prohibitis,ex obsequijs indecenter Regib.& alijs sæcularib.personis,Arg.c.præterea,c.iam dudū,c.de multa,depræb.procurantes villarum,Aduocati coram Iudicibus sæcularib.q̃d

tamen

tamen fallit in clericis sæcularibus, in minorib. constitutis carentibus beneficiis sufficientibus ad victum, qui possunt exercere aliqua ex prædictis, similiter in habentib. sacros ordines, & non habentibus vnde viuant, quia sibi liceret ista prædicta exercere, & quæ dixi in ver. clericus, §. 15. & Nauar. in c. fraternitatis, 12. q. 1. & de spol. §. 7. nu. 5. facit c. si. 86. dist. Nauar. cons. 3. de testam.

Decimoquarto, annui census, & alia mobilia, seu immobilia, empta ex redditibus Ecclesiasticis a beneficiario, an pertineant ad spolia? rñdetur ex Nauar. loc. cit. §. 1. nu. 4. vers. 3. quod per clem. sæpe, §. cumque annui census, de verb. sig. & Nau. loc. cit. §. 16. ver. 11.

Decimoquinto, vtrum Capellaniæ, seu Missæ celebrandæ in aliquibus altaribus, excedẽtes summam ducatorum triginta, prout in bulla, faciunt spolium in sacerdote, habẽte, illas tempore obitus, vel introitus durante vacatione dictarum missarum sint spolia? rñdetur, prout supra in ver. capellaniæ, & distingue, prout ibi, nam si non sunt fundatæ auctoritate Episcopi, non veniũt appl̃one bñficii, prout Gl. in cle. 1. de decim. & Io. de Sylua. trac. de benef. 1. par. q. 3. nu. 10. & q. 6. nu. 12. & sic non faciunt spolia, similiter nec pensio annua, qa non venit appl̃one bñficii, prout multis probat Sylua. loc. cit. nu. 11. per totũ, vnde si quis solum hẽat pensionẽ, uel bñficium triginta ducatorũ, non facit spolia pp easdẽ rõnes, hoc tñ puto hr̃e locum, quando pensio non datur in titulum, Couar. in c. cum in officiis, nu. 6. in fi. de testam. Gigas tract. de pens. q. 52.

Decimosexto, vtrũ clericus, conducẽs, seu affictans prædia, vineã, viridaria faciat spolia, Diaz loc. cit. c. 50. dicit qd non licet ista exercere clericos, tñ Sylue. clericus 3. nu. 3. §. 2. ait posse, idẽ Ang. in ver. clericus 9. §. 12. uide acta Mediol. Ecclesiæ, fol. 11. colu. 3. vide bul. Pii IIII. quæ est 23. & incipit, decens esse. Nauar. cons. 3. nu. 3. de success. ab intest. & cons. 3. de testam.

Decimoseptimo, quia dictum est superius, seruientes psonæ Ecclesiasticæ sæcularib. dñis facere spolia, an hoc sit verum vndequaque? rñdetur, q̃ fallit de consuetudine, & stilo curiæ in his, qui agunt negotia Regũ, & aliorũ Principum, etiam salario. Nauar. cõs. 4. de donat. ita etiam clerici exercentes negotia prælatorum, vbicunque etiam cum salario, etiam in tribunalibus laicorum, per easdem rationes.

Decimooctauo, clerici regulares, vel sæculares degentes, & moriẽtes Romæ non faciunt spolia. Nauar. cons. 6. de dona. & cons. 3. de testa. & 8. de success. ab intest. ab intest. ex bul. Sixti IIII. Alex. VI. Leo. X. Pii IIII. 31. quæ incipit, Romanus, & Iul. IIII. & ita cõsuluit Nauar. in tribus consiliis citatis, & in com. de spol. §. 19. nu. 1. super c. non liceat Papæ, 12. q. 2. §. 6. in prin. similiter in d. cons. 3. de success. ab intest. dicit quod oẽs clerici, tã sæculares, quam regulares, beneficium habentes degentes in Vrbe pñt disponere in vita, & in morte de oĩbus bonis quæsitis, etiam extra fructus beneficiorum suorum, ẽt per negotiationem acquisitorum, per facultatem amplissimam, cõcessam a Sixto IIII. Leo. X. per bullas suas, ita Nauar. cons. 6. nu. 5. de donat. sed Illustris. & Reuer. Iacobus Aldobrandinus in Nuncius Apostol. Regno Neapolitano mihi rñdit in facto, præfatas bullas intelligi de rebus quas ipsę personæ ecclesiasticæ tempore mortis possident, vel habent Romæ, secus verò de rebus, quas extra vrbem haberent, nam subsunt spolio, casu quo spolium facerent, & hoc mihi accidit in facto in anno 1599. de mẽse Iulij.

Decimonono, clericus etiam in sacris, ad se suosque honestè substentandos, potest aliquã honestam exercere negotiationem, vnde nec bona, quæ sic acquisita, morientes relinquunt, sunt spolia Cameræ Apostolicæ reseruata. Nauar. cons. 5. nu. 3. de success. ab intest. & cons. 3. nu. 3. nec cler. vel monach.

Vigesimo, an Reuerenda Camera teneatur soluere debita, relicta a beneficiariis ex spoliis? respondetur quod Nauar. tract. de spol. §. 12. nu. 6. & 7. videtur dicere, qd non, sed hæres beneficiarii: non sine causa dix, videtur dicere, quia loco inferius citando exp̃sse dicit, quod non, nisi quando defunctus non reliquit alia bona, vnde possit propre creditoribus satisfieri, quia bona, in quibus Camera ratione spolii succedit intelligun-

tur

mendatarios,& alios quoſcunq.,q̃cũq; bñficia Eccleſiaſtica,cũ cura, & ſine cura ſecularia,& quorũuis ordinum regularia in titulum,vel cõmẽdã,aut alias q̃uolibet obtinentes quocunque nomine,vel titulo cenſeant,ẽt ſi de illis,& eorum qualitatib.ſpecialis, & expreſſa mentio habenda foret ad uſum,& cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus,& capellis,vel oratoriis deſtinata tempore eorum obitus ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta ſub quibuſuis facultatib.teſtandi,& alias diſponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquiſitis per quoſcunque Romanos Põtifices prædeceſſores,& ſucceſſores noſtros,ac nos ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis , & decretis,etiam motu proprio , & alias quomodolibet conceſſis,& cõcedẽdis minimè comprehendant. Nec ſub appl̃one ſpoliorum veniãt, ſed ad ſingulas Eccleſias Monaſteria,ẽt conuentu carentia,& beneficia hmõi in quib. reſederint,aut quib.præfuerint,ſeu quæ alias obtinuerint,oĩno ſpectent,& pertineant, ac ſpectare,& pertinere illaq.poſt eorum obitum eiſdem Eccleſijs Monaſterijs,& beficijs,ẽt in Romana Curia,& procul ab illis deceſſerint, vel ad illa nunq̃ acceſſerint, ẽt ſi antea Eccleſiarum,& Monaſteriorum,regimini ceſſerint, vel beneficia hmõi renunciauerint eo ipſo applicata,& incorporata ſint,& eſſe cenſeantur. Ita quod liceat illis defunctis in eiſdem Eccleſijs,Monaſterijs,& beneficijs,ſucceſſoribus , ac Eccleſiarum,& Monaſteriorũ huiuſmodi capitulis,& cõuentib.reſpectiuè illa propria auctoritate libere apprehẽdere, ac eorũ Eccleſijs,& Sacriſtijs applicare, & incorporare, ac quæ ũ que donationes,ac relicta,& legata, teſtamẽta,& codicilli,& aliæ vltimæ voluntates,ſeu ſpolia deſup cõtra præſentis cõſtitutionis noſtræ tenorẽ quomodolibet ꝓ tẽpore facta,quo ad præmia,nulla,& inualida nulliuſq;valoris,& momẽti exiſtãt,& ꝑſonis etiam Eccleſiaſticis,ſeu locis etiã pijs,aut Eccleſiaſticis quibuſcũque in quarum, ſeu quorum fauorem pro tempore facta fuerint minimè ſuffragentur, nec per eaſdem perſonis, ſeu locis,vel aliis Eccleſijs huiuſmodi aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri poſſit. Quinimò res ſacras,ac alia bona prædicta quocũque nomine,vel titulo pro tẽpore detinẽtes ad illa Eccleſijs,& Monaſterijs,ac beneficijs per defunctos quomodolibet acquiſitis,ut præfertur iuxta præſentiũ tenorẽ realiter,& cũ effectu reſtituendum,& conſignandum, quibuſuis diſpoſitionibus de illis in contrarium quomodolibet factis minimè attentis,omnino teneantur,& ad id per cenſuras, & pœnas,etiam furti,& ſacrilegij,ac alia iuris,& facti remedia opportunè cogi, & cõpelli poſſint,& debeant. Inſuper ne deinceps contingat inſolẽtia ſpoliorũ Cameræ Apoſtolicæ collectorũ,vel ſubcollectorũ alias Eccleſias,nec hominum quenquã damno,& iniuria affici, nec cuiquã de cætero vertat in dubium,quæ res habendæ ſint nomine ſpolij, ſimili modo ſtatuimus,decernimus,& declaramus,quod quæcunque ſcãna,cathedræ,arcæ,& etiã ligneæ,vel lapideæ,etiã marmoreæ mẽſæ,& tabulæ,ac quæcunque dolia,ſeu vaſa vinaria,vacua, & alia ſimilia ſupellectilia domeſtica p quoſuis presbyteros,ſeu clericos ab humanis pro tẽpore decedentes , tẽpore eorum obitus in Eccleſijs,ſeu eorum domibus eccleſiarũ earũdẽ,vel alibi vbiuis locorũ relicta, etiã ſi ex fructib.& prouẽtib.beneficiorũ quæ dũ viuerent obtinebant acquiſita fuerint,ſub ſpoliorũ appellatione minimè veniãt,nec pro ſpolijs vllo modo reputari poſſint. Prӕterea ꝙ nullũ ſpoliũ cameræ præfatæ fieri,nec quicquã a quibuſuis ſpoliorũ cameræ huiuſmodi collectorib.vel ſubcollectorib.exigi poſſit per obitum illius,qui dum viueret vnum vel plura beneficia eccleſiaſtica obtinuerit,cuius,vel quorũ inſimul fructus,redditus,& ꝓuentus triginta ducatorũ auri de Camera,ſecũdũ extimationẽ valorẽ annuum nõ exceſſerint,aut qui penſiones annuas ſup quibuſuis fructibus Eccleſiaſticis vſque ad dictũ valorem annuatim perceperit,dũmodo tamẽ is ſe ab omni illicita negociatione,& a factis canonib. prohibita abſtinuerit, ita quod ſi quis dictorum collectorũ aliquid ex bonis quorumuis defunctorũ,qui ſimilia beneficia obtinuerint,

rint, siue similes pensiones perceperint, prætextu spoliorum eiusdem Cameræ perci pere, aut alias contra præsentes nostras literas attentare præsumpserint, ad totalē bo norum per eum perceptorum restitutionem teneatur, ac ad viā iuris, et per similes cē suras, & pœnas cogi, & cōpelli possit, & dēat. Districtius inhibentes quibusuis Cameræ prefatæ spoliorū collectorib. nunc, & ꝓ tēpore existentib. sub indignationis nīæ, & priuationis eorum officiorum pęna, ne in ornamētis, & paramentis, ac vasis, & libris prefato cultui diuino dicatis, ac alias in reb. sacris, nec nō supellectilib. præfatis quōlibet se intromittant, nec in eorū inuentarijs tanquam spolia redigant, seu describant, sed ornamenta, & paramenta, necnon vasa, & libros, aliaq. diuino cultui dicata huiusmodi Ecclesijs, & Monasterijs, capellis, & alijs beneficijs huiusmodi eorumq; rectorib. & alijs prefatis libere admittant, & cōsignēt, ac consignari faciant cum effectu, ac supellectilia prædicta in locis, vbi cōstiterint, relinquant, ac decernentes sic in præmissis omnib. & singulis per quoscunque iudices, & cōmissarios quauis auctoritate fungentes sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Quocirca dilectis filijs curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali auditori, & singulis locorum ordinarijs, ac maiorem dignitatem pontificalē in uniuersis ecclesijs cathedralibus, & Metropolitanis pro tempore obtinentib. per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum pręsentes literas, & in eis contenta, quæcunque ubi, & quando opus fuerit quotiens pro parte quorumcunque in prę missis interesse habentium, vt præfertur fuerint requisiti solenniter publicātes eisque in præmissis efficacis detentionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta quęcunque firmiter obseruari, ac singulos, quos literæ ipsę concernunt illis pacificè gaudere, non permittētes eos desup quōlibet indebitè molestari, cōtradictores auctoritate nīa appellatione postposita cōpescēdo, ñ obstātib. &c.

Testamentum.

PRIMO, testamentum factum coram parocho, & duob. testib. valet, nec obstat consuetudo, vel leges humanę contra illud textum, ibi in c. cum essent, de testam.

Secundo, si fiat testamentum sine his solennitatibus non ualet, non obstante aliqua consuetudine in contrarium, Gom. in c. 1. nu. 98. limit. 8. ver. mihi tamen.

Tertio, Couar. dicit hoc ualere in terris ecclesiæ solum, in d. c. cum esset, nu. 4. & infra.

Quarto, legatum vero ad pias causas, valet factum coram duob. testib. etiam sine presentia parochi, ita in c. relatum, il 1. de testam. & istipñt esse ēt fęminæ, Cou. ibi n. 5. Gom. q. 6. de infir. resign. quinto si quis facit primo testamentum ualidum, & postea secundum inualidum, videtur recedere a primo, Gom. in c. 1. nu. 125. & inf. de const. lib. 6.

Testes.

PRIMO, testes domestici, qñ admittuntur pro, & contra, vide Addit. in Cap. Tolos. q. 4. ut in illis reb. quæ sunt solitpertę ractari inter domesticos, ut qñ aliter, quā per eos veritas haberi non potest, & quæstione 4. etiam vxor in uirum, & ecōtra, vide Azon. in sum. lib. 4. codicis, rubrica vigesimaprima, nu. octauo, Felinum in capitulo primo, de testib. Alexan. cons. 122. vol. 4. & cons. 5. col. 2. vol. 1.

Secundo, quando ueritas aliter haberi non potest, & deficientib. alijs probationibus, possunt compelli personæ, quę de iure inuitę cōpelli non pñt ad testificandum, etiam clerici, Cap. Tolos. q. 354. & ibi Addit. Host. in sum. tit de testib. cog. in prin. adde, quod vbi alij testes iuridici, & legales, qui de iure idonei essent, haberi non possent, tunc tē

poris

poris admittuntur, etiam fœminæ, etiam in criminalibus, etiam personæ, quæ alias nõ admitterentur, Io. And. in Addit. ad Specul. tit. de test. §. 1. ver. item excipitur Iason in l. cunctos populos, nu. 49. uer. fallit, de sum. tri. & fi. catho. & sic bene dicunt practichistæ, & criminalistæ, quod ea quæ fiunt in prostibulo possunt probari per personas illius loci, & ea, quæ fiunt in nemore, & in uilla possunt ꝓbari per personas, quę utrunque haberi possunt, ita Diaz pract. cri. cano. c. 120. & Foller. in prac. cri. c. de repulsa. nu. 27. facit, ꝙ notat Gem. in c. 1. uer. nota glosa, de testit. lib. 6. & ibi gl. in uer. ad testimonium, ubi dicunt, ꝙ testes inhabiles alias licet non plene probent, tamen induũt præsumptionem, & citant Inn. in c. cum dilecti, il 1. de accusat.

Tertio, si testis primo deponit vnum, & postea ex interuallo deponit contrarium, cui stãdum est? Respondetur, quod primo, uide Cap. Tolos. q. 180. & ibi Addit.

Quarto, testes uocati a iudice peccant, si non comparent contra iustitiam, & contra charitatem, primo, quia non parent iustitiæ: secundo quia lædunt proximum, Sot. libro 5. q. 7. art. 1. de iust. & iure, & de rat. teg. secr. memb. 2. q. 7. dub. 4. Nau. in c. inter verba, numero 219.

Quinto, testes possunt examinari in ecclesia, Dec. in c. de cætero, de immun. Eccles.

Sexto, de testibus causa fidei excommunicandis, uide bul. Alex. V. quæ est 24. & Pij 111. quæ est 53. & Vrb. 1111. bul. 2.

Septimo, testes si fuerint æquales numero, est attendendum eorum dignitas, capitulo, si testes, quarta q. 1. Glos. in litera C. D. Thom. 22. q. 70. art. 7.

Octauo, semper quod non uergit in præiudicium tertij admittitur unus testis, ut non de baptizato, canon insuper, de conse. dist. 4. & in causis leuib. Nau. cons. 1. de test. vbi etiam ait in foro conscientiæ credi vni testi idoneo, & iurato, & de ętate ordinandorum, & de impedimentis matrimoniorum, prout sup. in uer. ordo, in uer. dimissoriæ, in uer. matrimoniorum.

Nono, differentia est in productione testiũ, receptione, & examinatione, nã si quis fuerit astrictus ad producendum testes in tali termino, sufficit illos in dicto termino produxisse, licet in dicto termino examinati non fuerint Gem. in c. pręsentium, §. si uero, notab. 2 de rescr. lib. 6.

Decimo, qua ętate debeant esse testes, quando uolunt deponere pro probando titulo in pręscriptione quadragenaria, vel centenaria, siue de uisu, siue de auditu, quinquaginta quatuor annorum, ait Gem. ex multis, in c. 1. uer. sed quærit Lapus, de pręsc. lib. 6.

Translatio.

TRANSLATIO Monasterij Monialium, cui imminet scandalum, est facienda ad aliud monasterium eiusdem ordinis, nec redditus Monasterij translati sunt applicandi Seminario, sed uniendi Monasterio, in quod translatum fuit, licet aliunde non possit prouideri dicto Seminario, sac. cong. declar. 106. in meis, & ita censeri debet de monasterio uirorũ trãslato, ubi ꝑ bul. Pij V. non põt commorari duodecim regulares.

Thesaurus.

SI inuenitur thesaurus in solo publico, siue priuato, per constitutionem Regni, est fisci, sed per capitulum Regis Caroli 11. quod incipit, & quia non decet, est dimidium inuentoris, hoc intellige, quando non inuenitur data opera, sed casu, Afflict. in const. dohanæ secreti, in 1. notab. & Azo. in sum. lib. 10. codic. rub. 15. vide Syluest. in uer. inuentũ, n. 9. Scdo, si in loco suo, est inuentoris, quia hoc est de iure naturali: Tertio, si in loco alieno, & casu, dimidium inuẽtoris, cũ dñio soli, si sciẽter, tũc distingue, vel eo sciente,

& consentiente, vel eo inuito: Quarto, si magis, tunc est fisci lata sententia, Nauar. cap. 17. num. 172. & infra, et habebit negocium cum officio sanctæ inquisitionis, cuius est iudicare de magis, c. accusatus, §. sanè, de hæret. lib. 6.

Titulus coloratus.

TITVLVS coloratus quomodo dicatur, vide Sylua. 3. p. q. 11. num. 34. Gom. q. 27. 36 42. & 48. Couer. lic. 5. de trien. poss. tex. in c. cum ministris, de concess. præb. Addit ad dec. Rot. 1. de præb. in nouis.

Triremes.

PRIMO, Triremium Capellanos an possit uisitare, corrigere, & cognoscere Episcopus loci, ubi sunt.

Respondetur ex Nauar. consi. 4. de for. comp. quod prius debet distingui, prout ibi, secundo, quod sic, prout de aliis uiatoribus potest cognoscere.

Secundo, an prælati religionum, & sæcularium possint damnare suos regulares, vel seculares ad triremes? respondetur quod sic. Step. Aufer. in reper. clem. 1. de offi. ordi. regul. 3. fallent. Nauar. c. nullum, 18. q. 2. ver. de reg. ad triremem damn. num. 52. Clar. quæstio. septuagesima, ver. frequens est etiam, et Nau. consi. 1. de hære.

Tertio, Ecclesiastici condemnati ad triremes, an possint vapulari absque incursione excommunicationis, vide superius in ver. excommu. §. 19.

Valor.

PRIMO, valor beneficij expressus in supplicatione, verificandus est deductis omnib. perpetuis impositis super fructibus eiusdem beneficii, Cassad. decis. 19. de præb. Feli. in c. ad aures, col. 3. de rescrip. immo ualorem parochialis non augent oblationes, anniuersaria, & mortuoria, immo nec capellania, cui parochus debet inseruire, Nauar. consi. 5 de verb. sig.

Secundo, quando teneatur probare valorem expressum in supplicatione, & bullis prouisus coram exequutore Apostolico, an etiam parte non opponente, vide superius, in ver. exequutor, §. 2.

Tertio, circa valorem exprimendum, vide Io. de Sylu. tracta. de benef. 3. par. q. 12. a nu. 4. & infra, Gom. in reg. de expri. ual. q. 1. & 8. Couar. lib. 3. c. 13. nume. 3. uar. Gom. lo. cit. q. 11. & de expectat. nu. 104. Staph. in no. for. num. 44.

Quarto, quando expressionis error noceat, vide Sylu. loc. cit. num. 3. ver. iterum circa, nã dat regulam, & si dicetur personaliter in secunda, uel tertia persona ut asseris, uel vt asserit, tunc nocet falsitas ualoris: secus si impersonaliter, vt asseritur, uide ibi.

Quinto debet exprimi, & probari de tempore prouisionis, & non de antiquo tempore. Caputaq. decis. 330. par. 3.

Sexto, quando beneficium non excedit summam ducatorum uigintiquatuor de Camera, quod facit circiter triginta, seu quadraginta de Regno Neapolitano, non est necessaria ualoris expressio, nec si essent pluria impetranda beneficia, quæ simul iuncta faciãt ualorem quadraginta, tamen nullum illorum excedit decem, est necessaria expressio. Gom. lo. cit. Nau. consi. 10. de rescrip. vide bul. 16. Leo. X. Cap. Tolos. q. 435.

Septimo, in omnibus beneficijs sufficit exprimere valorem uigintiquatuor ducatorum, Rebuf. in regul. de unio. glo. 7. etiam si sit valor centum, modo illum excedat, & in tertia parte signa. in clau. de augendo, nu. 7. & Gom. in quæst. tertia. de exprim. valo. bene fic. quia quando exprimitur plusquam uigintiquatuor soluitur annata: secus uero nõ, & si erraretur aliquantulum in valoris expressione, non ideo subreptitia censeri deberet impetratio, cum de iure communi non sit necessarius ualor benficii, nisi p regulã

Can-

Cancellariæ, Anchar.conf.295.nu.13.clem.1.de præb.Couar.lib.1. cap. 20.nu. 7. vers. 2.var. resol.

Venatio.

VENATIO prohibita est clericis, quatenus sacris Canonibus contradicit, ti.de cler. venat.clem.1.§.porro, de stat.monac.sed potest clericus vti venatione, vel cā necessitatis, recreationis, valetudinis, vt piscari, & venari, mō ne fiat, vt transeat in consuetudinem, vel cum scandalo, d.c.1.Nau.in c.statuimus, notab.9.n.26.19.q.3. Syluest. in ver. venatio, Couar.in reg.peccatū, 2.p.§.8.concl.1.quęnam sit pœna præsbytero, subdiacono, & diacono venatori, vide in c.Episcopum, 34. dist. de clericis in minoribus est arbitraria, Diaz prac.crim.cano.c.61.

Vicarius.

PRIMO, Vicario delegato super aliqua causa, non potest eam causam expedire Episcopus, cuius ille est Vicarius generalis, etiam ipso Vicario amoto ab officio, per ipsū nec Episcopum, nec econtra, Vicarius Generalis, hoc tamen intellige, nisi Episcopus ei dictam causam subdelegasset, & econtra. Card.q.9.super clem.2. de rescr. Rebuff. de for. Vic.nu.159.& ibi Nau.conf.5.de off.deleg.

Secundo, Vicarius foraneus, vel Archipresbyter, potest inhibere, seu prohibere ex causa rationabili, ne aliquis confessarius approbatus ab ordinario, audiat confessiones, ēt virtute Iubilei, vt quando esset scandalosus, vel adeo ignorans, vt absolueret indifferenter, & imprudenter omnes, laxis habenis, Nau.conf.39.de sen.excom.

Tertio, Vicarius Archiepiscopi, an residente Archiepiscopo in ciuitate, vel dięcesi, vel ꝓuincia, succedente aliqua cā appellationis ab aliquo suffraganeo ad ipsum Metropolitanum, possit inhibere Epo, a quo fuit appellatū sub pœnis, & censuris, vide c. 2.de off. deleg.li.6.& ibi gl.in ult.& cap.1.§.officiales, de off.ord.eo.lib.& ibi gl. in ver. non attentent, vbi habetur, quod non, & si hoc faceret, teneret quidem sententia, sed ipse Vicarius veniret puniendus, prout patet duabus gl.cit.Gem.ibi in gl.in fine, Staph. fol. 291.notab.4.Rebuf.in form.Vic.Archiep.nu.164.& citat Berthac.tract.de Epis.in 7.p. lib.4.quęstione decima, vide capitulo sane, de off. deleg. qui in hac materia multum practicatur, circa delegatum a Sede Apost.Io.de Sylu.3.p.q.64.nu.4.

Quarto, Vicarius generalis non potest dare literas commendatitias, & dimissorias ad ordines, sine speciali potestate, c.nullus, §.episcopo, de temp.ord.lib.6.Rebuf.lo.cit.num. 48.& quando habet hanc specialem potestatem, debet de ea mentionem facere in dictis literis, prout à simili obseruatur, & obseruari debet ab ipso Vicario ad id potestatem habente, per c.fin.de off.Vic.lib.6.in collatione beneficiorum.

Quinto, si uicarium tenuerit Episcopus in aliqua parte suę dięcesis, communitas illa potest minimè intentare contra episcopum, Caputaq.decis.306.1.parte.

Sexto, an Vicarius Epi, absq. spāli mandato, potiit ratificare ordinationē ab alio factā clerico sibi subiecto, absq; eius dimissorijs, & qñ, vide Franc.in c.cū nullus, in 4. notab.de temp.ord.li.6.Caputaq.dec.126.nu.41.1.p.& an possit fieri in præiudiciū tertij, ibi n. 6.similiter pro notitia istorum, dubitatur, qd agendū est ordinario, cum sciuerit, suum clericum malè promotum? Respondetur, quod absoluendo prius eum a suspensione, & censuris ecclesiasticis, si quas incurrerit, vel dispensando cum eo, si quam cōtraxerit irregularitatē, dēt, & pōt ratificare ordinationē factā ab alio, c.solicite, cum gl. in ver. at si tuę, dist.63.& sic poterit ēt Vicarius, ꝓut dictum est, & licet Rebuf. in formula dimiss.liter.nu.12.& inf.teneat oppositum, & recurrendum esse ad Papam, tamē dictū eius valet, quando contraxisset ille irregularitatem publicam, secus vero quando esset occulta, per decret.Sac.Conc.Sess. 24.c. liceat.

Septimo, Vicarius perpetuus, nō pōt constitui absq. erectione tituli Vicariæ, ita fac. Cōg.

declar. 3 in meis, & declar. 226 censuit in hec uerba, ordinarius tā auctoritate Concilij Trid. q̄ bul Sāctissimi Dñi nři (intellige Pij IIII.) de Vicarijs ppetuis, hēt facultatē creandi vicarios perpetuos in parochialib. Ecclesiis, vnitis, seu annexis collegiatæ ecclesiæ, quinq; Vicarij ppetui, vel rpanei futuri sint, dēt ab eodē ordinario examinari, & approbari, vide Conc. Trid. sess. 7. de refor. & sess. 21. c. 1. §. eadem oino, de reforma. vide Sot. lib. 10. q. 3. art. 4. facie 4. Conc. Lateranen. Canon. 32.

Octauo, an possit constitui Vicarius temporaneus in dictis ecclesijs? Respondetur, quod sic, Sac. Conc. locis citatis, & Sac. Cong. lo. cit.

Nono, an Vicarius perpetuus sit reuocabilis, Rebuf. de Vicar. perp. nu. 21. dicit, quod nō, idem Gem. in c. cum ex eo, ver. quærit hic Lapus, de elect. li. 6. intellige sine cā, sed Vicarius tēporaneus pōt reuocari ꝓ libito, ēt datus ꝓ septēnio studij, Gem. ibi ver. sed an iste Vicarius.

Decimo, Vicarijs perpetuis assignandis parochialib. locis pijs vnitis, nō pōt plusq̄ centū nec minus quinquaginta scutorum annuorum portio assignari, cōputatis omnib. incertis emolumētis, & aliis obuētionib. in cōmune recipi solitis, Vicarijs vero temporarijs potest plus assignari, Pius V. bul. 46. quæ incipit, ad exequendum.

Decimoprimo, Vicarius Episcopi, cōfirmatus a papa, an possit per epm reuocari, vide, & distingue cum Rebuf. de form. Vicar. nu 194. & infra.

Decimosecundo, istum Vicarium tēporaneū positū in ecclesia ꝓ aliqua cā rectoris legitima dēt ponere Eps, nō ipse Rector, ita Gem. in c. cum ex eo, §. porro, notab. 1. de ele. lib. 6. & uer. quæro an inferiores, hoc tenet in Vicarijs perpetuis, vel ad lōgum tps, sed ꝓ modico puta trib. vel quatuor Septinarijs pōt Rector, q a parum pro nihilo reputatur, intellige modo sit sufficiens, & approbatus ab Ordinario.

Vidua.

VIDVA, an possit fieri monialis, & consecrari, seu benedici? Respondetur, quod pōt fieri monialis, & benedici, velum professionis suscipere, & solenniter, & expresse vouere castitatem, sed non consecrari, vt virgo, Nau. cons. fin. de reg. vide superius, in ver. moniales, §. 20. licet remissiuè, tñ adde Abb. in c. tua, nu. 3. de consec. Eccles. vel Alt. ita etiam potest intelligi de qualibet muliere corrupta, & nō virgine, tamen sub nomine virginitatis potest uti nomine castitatis, vide Syluest. in ver. consecratio.

Vigilia.

PRIMO, Vigilia Pentecostes est ieiunanda, & ita se habet generalis ecclesiæ consuetudo, ita tenet Nau. cons. 1. de obser. ieiu. sed gl. in c. scire, §. necessario, 76. dist. dicit, nō necesse, sed de facto ieiunamus, tene certum: secūdo, quando incipit currere, & obligare, vide in uer. dies: tertio, quare fuerunt inuentæ, & an debeant hodie obseruari de nocte, sicut in primitiua ecclesia, vide notationes ad Martyrologium Romanum, Illustrissimi Cæsaris Cardinalis Baronij, in Vigilia Epiphaniæ, & Concilium prouinciale, Beneuentanum celebratum sub Illustrissimo Iacobo Cardinali Sabello, tit. de ieiu. c. 3. vbi & ibi assignatur ratio, cur cessauerunt.

Secundo, quæritur an Prælati possint indicere, seu iniungere, seu præcipere subditis, Ieiunia, & alia opera pœnitentialium? Respondetur, q̄ sic, pro aliqua causa legitima, ita Gem. in c. vbi periculum, §. fin. notab. 3. per illum tex. de elect. lib. 6.

Virginitas.

PRIMO, virginitas probatur per obstetrices, licet pars aduersa conetur probare contrarium, Caputaq. dec. 212. par. 2.

Secundo,

Secundo, stuprum interpellantibus, uel pueris pœnas, vide Pau. 111. quæ incipit, ex ordine.

Tertio, Virgo monialis, quæ non est, non potest benedici, seu consecrari, si est publicum, sed si occulte, potest vti uerbo castitatis, loco virginitatis, & ad euitandum scandalum etiam verbo virginitatis, potest vti publice, licet mente castitatem, non virginitatem percipiat, Episcopus consecrator, Nauar. consil. 2. de sta. monac. vide superius in ver. cõsecratio, & in ver. moniales, Card. in clem. attendentes, §. statuimus, q. 10. de stat. mon. Calder. cons. 3. de offic. Vic. in fine, Sylua. 4. p. q. 7. nu. 7. Gom. de breu. nu. 52.

Visitatio.

PRIMO, pœna apposita visitatoribus, accipientibus aliquid vltra procurationem à visitatis per sac. Conc. Trid. sess. 24. cap. 3. §. quid si quisquam, an habeat locum ita adamussim, vt teneatur quis ad duplum?

Respondetur, quod sufficit restituere simplum, etiam postquam incurrerit, ita Nau. cons. 2. de cens. imò si distulerit, ante mensem non incurrit.

Secundo, quando appellatur a decretis visitationis, non debet admitti appellatio, nisi exprimatur, & assignetur causa, ita Nau. cons. 1. de appellationibus.

Tertio, an ab actis, ab Episcopo in visitatione, factis tanquam sedis Apostolicæ delegato, sit appellandum ad Metropolitanum? Respondetur, videri appellandum fore ad delegantem, per regulam communem, quòd a sententia delegati ad delegantem debet appellari, cap. super quæstionum, §. porro, de off. deleg. cap. si delegatus, cap. is cui, capitulo si a delegato. de off. deleg. lib. 6. l. 1. in princ. & §. 1. leg. 3. ff. quis, & a quo appel. tñ oppositum est verius, & ita censuit Sac. Cong. declar. 484. in meis, in hæc verba: Si in visitatione appellari contigerit ab Episcopo suffraganeo, ẽt tanq̃ Sedis Apostolicæ delegato, prout Sac. Conc. Trid. Sess. 24. c. 10. de refor. dẽt appellari ad Metropolitanum, quo ad deuolutiuam, non quo ad suspensiuam, prout sess. 22. c. 1. de refor. ratio est, quia quæ in visitatione suffraganeus facit, iure ordinario facit, & patet ratione, quia legatus ordinarius auctoritate Apostolica, licet sit effectus legatus, ea tamen, quæ facit, vt legatus, auctoritate ordinaria facit, q̃a est ordinarius, c. 2. de off. ord. Host. in sum. titu. de off. ordin. §. sunt autem quædam, vbi dicit, quod quando committitur Episcopo, id quod pertinebat ad ipsum iure ordinario, id fit, vt magis timeatur, ca. quis nesciat, 15. dist. hoc tetigimus superius in ver. delegatus, §. 9. & quod nunc dicitur per doctrinã Sac. Conc. Triden. etiam erat de iure antiquo, ante Concilium, quo etsi in visitatione dabatur appellatio, quo ad deuolutionem, non quo ad suspensionem, ita Sac. Congr. in alia declar. 447. in meis, quia si concilium dicit, tanquam Sedis Apostolicæ delegat, hoc facit, vt maiori auctoritate fiat correctio, & magis timeatur, & maius robur habeant, quæ in uisitatione peraguntur.

Quarto, q̃ritur, si q̃s appellauerit a decretis uisitationis, an teneaᵗ visitator dare copiã actorum partib. ad req̃sitionẽ Metropolitani? r̃ndetur ex Sac. Cong. decla. 447. in meis, quod ad dandã copiã actorũ attinet, seruanda esse decreta Sac. Cõc. Trid. Sess. 13. ca. 3. & sessio. 24. capitulo 20. sed quæret quibus expensis? Respondetur, quod in capitulo 3. & Sess. 13. ita decernit, is aũt, a quo appellatũ fuerit, id intra triginta dies acta ipsa postulanti, gratis exhibeat, alioquin absq; illis cã appellationis hmõi, p̃ut iustitia suaserit termínetur: vbi vr̃ gratis danda esse, tñ in c. 20. Sess. 24. hr̃ decretum, his verbis, teneatur (intellige appellãs) acta oia corã ẽpo gesta ad iudicẽ appellationis expẽsis suis transferre, vbi habetur, quod expensis appellantis debent acta in visitatione facta trãsmitti ad iudicem, ad quem, & ita vltra prædicta seruatur in praxi.

Quinto, an detur appellatio a decretis factis in visitatione? Respondetur a Sac. Cõg. decl. 332. in hæc uetba, ea quæ ad visitationem, ac morum correctionẽ subditorũ spectant,

non possunt per appelletionem impediri, aut suspendi, idem Conc. Triden. Sess. 24. capitulo decimo, de refor. etiam si appelletur ad Sedem Apostolicam, & bul. Pij IIII. quæ est 17. & incipit, De salute gregis.

Sexto, an libris visitationũ detur plena fides? Rñdetur, quod sic, vbi adest cõsuetudo ꝓbata, & extenditur ad aliũ locum, Caputaq. dec. 229. 1. p & melius, dec. 158. par. 2.

Septimo, an aliqui sunt exempti ab ipsa visitatione? Respondetur, quod illi, qui habent præscriptionem immemorabilem, quam tenentur probare, aliàs non præsumitur, Caputaq. decis. 361. p. 2.

Octauo, an Episcopus teneatur visitare personaliter per seipsum omnes parochias? Respondetur, quod si non est tanta necessitas, potest per aliquam discretam personam illas visitare, c. decernimus, 10. q. 1. Inn. in c. Romana, nu. 2. de cens.

Nono, an Episcopus possit, uel teneatur præfigere terminum uisitationis, uel ei Episcopo præfigi terminus in uisitatione, Respondetur a sac. Congregat. declar. 445. in meis pro parte decani, & capituli Gadicensis, in hęc verba, cong. Conc. censuit, nullum certum tempus fuisse præfixum a Concilio, sed id relictum arbitrio Episcopi, quod tamen debebit esse moderatum, & discretum.

Decimo, an Episcopus teneatur portare Notarium, vel cum iuramento procedere? respõdetur ab ead. Sac. Cong. eodem loco, ad instantiam eiusdẽ, in hęc verba, congregatio Concilij censuit, seruandum esse decretum Sac. Concil. sess. 24. c. 3. de refor. tamen facilitatis causa dicitur, quod potest Episcopus in visitatione uti quauis persona, prout de iure communi põt uti in actib. iudicialib. prout in c. quoniã contra, de prob. & eadem Sac. Cong. declar. 468. in meis pro Reuerendissimo Episcopo Astoniense cẽsuit, episcopum non posse arctari in uisitatione, ut deferat notarium capituli, cũ ptãs uisitationis adeo sibi e͞po est cõcessa, ut nihil sibi in ea uendicari capitulum possit, & ideo posse episcopum secum ferre, uel secretarium suum, uel aliũ notarium, prout sibi uidebitur necessario conuenire.

Decimoprimo, an e͞ps hẽat ius uisitãdi sacellũ, uel altare, qđ caret cura aĩarũ, & mẽbrũ sit religionis S. Antonij? Rñdetur a sac. Cõg. decl. 130. in meis in hæc uerba, e͞ps non hẽt ius uisitãdi sacellũ, qđ cura caret aĩarũ, & mẽbrũ sit religionis S. Anto. Viẽnẽsis, & idẽ de capellis Hierosolimitanorũ superius, §. 3. dub. 1. & sic cẽseri dẽat de oĩb. exẽptis, vbi non adest cura aĩarũ, nisi cõsuenerit ẽr E͞ps uisitare, & pscripserit in notoriã negligẽtiam possidentium, ut quia minaretur ruinam, non obseruaretur cultus diuinus, cum e͞ps sit ordinator omnium Ecclesiarum suæ diœcesis, capitu. 1. de off. ord. cum vulgatis.

Decimosecundo, an episcopus possit procedere, & corrigere omnia delicta in visitatione? Rñdetur a sac. Cõg. decl. 469. in meis, in hęc uerba, sin dubiũ est, qđ capitulũ, inqt qđ e͞ps uisitãdo, nõ possit solus aliqđ crimẽ corrigere, & punire, sed solũ monere, & corripere, alioqn p uiã uisitationis ꝓcedẽdo puniret solus oĩa delicta, cũ tñ dẽat duos capitulares assumere, iuxta d. c. statuit, ad hoc respondet episcopus, non inde hoc sequi, cum sit notissima materia uisitationis, cum ea, quæ pertinent ad mores recipiat, non enim de homicidio, vel alio crimine simili proceditur per uiam uisitationis, sed de re mores, & consuetudinem uiuendi respiciente, ut de cõcubinatu, de non recitantib. horas, de habitu inhonesto, & similibus: Item, & si omnia delicta uenirent in uisitatione, nullum sequeretur inconueniens, quia fructus uisitationis imponitur, cum fructus eius sit potius emendatio, quàm punitio, ut notatur in c. inquisitionibus, de accusat. & decretum concilij corrigere, & emendare episcopo uisitanti permittit, quo uerbo nihil est, quod nõ comprehendatur, ut in c. irrefragabili, § excessus canonicorũ, de off. ordin. ideo nihil episcopus uisitando assumere vr, ẽt de oĩb criminib. cognoscẽdo, qđ a cõcilio ei nõ cõcedat, iõ si nõ ad ordinariam, sed ad eam pęnam, quę magis emendationem eorum respiciat, procedat, id efficere potest, quod si ad pęnã ordinariã sit procedendum, debet duos ex capitularibus assumere.

A. Con-

A. Congregatio Concilij censuit Episcopum posse.
B. Congregatio censuit posse.
Facit c. 1. de off. ord. Host. in sum. de off. ord. §. sunt autem quędam. Inno. in c. Theodosius, nu. 1. & sequentibus, de stat. monac.
Decimotertio, an Episcopus possit uisitare personas seculares, exercentes curam animarū in monasterio, in quo residet Generalis alicuius Religionis, sac. congr. declar. 342. in meis censuit in hęc verba, in Monasterio, in quo generalis alicuius Religionis regularium sedem ordinariam principalem habeat, licet personę seculares sint in eodem monasterio curam animarum exercentes, quantum ad ipsam curam, & Sacramentorum administrationem spectat, nulli uisitationi, seu iurisdictioni Epi ordinarij dięcesis in qua ipsū Monasteriū situm est, subiecta sunt. facit ca. 11. sess. 25. de reform. regul.
Decimoquarto, an ordinarius, habeat facultatem uisitandi quęcunque hospitalia, & confraternitates? rńdetur ab eadē sac. congr. declar. 288. in meis in hęc verba; Ordinarius non habet auctoritatem visitandi hospitalia, neque confraternitates, quę a laicis reguntur, nisi in casibus a iure communi permissis, licet tamen ordinario ab eis rationem administrationis exigere, nulla habita ratione iuris communis, sed seruata tantum dispositione, d. c. 8. faciunt ea quę dicta sunt superius in uer. hospitale, §. 3.

Votum.

PRIMO, qui dubitat se emisisse uotum, an teneatur illud adimplere? respondetur quod tutiorem partem debet amplecti, nempe non emisisse, quia potior est conditio libertatis, Nauar. cōs. 26. de uot. potest hoc comprobari a simili: nam in obscuris legatis piis, quod minimum est comprehendi debet, vt si quis legaret singulis annis mensuram olei alicui Ecclesię, de minima mensura debet intelligi, nisi aliter se hēat cōsuetudo, Couar. cum aliis in c. indicante, nu. 4. de testa. Dyn. in c. in obscuris, nu. 4. de reg. iur. lib. 6.
Secundo, si filius erit negligens in exequendo votum emissum a patre, poterit priuari hęreditate, & etiam legitima, c. licet de uoto, & ibi Doc. Couar. in c. si hęredes, nu. 9. iuxta medium, de testam.

Vnio.

PRIMO, quomodo vnio probatur? respondetur, quod etiam per testes, & per instrumēta, & ex prescriptione immemorabili. Aymon trac. de antiquitate, nu. 74. Caput Aq. decis. 344. par. 3. & decis. 347. Rot. decis. 200. & 375. in antiquis, Fel. in cap. si diligenter, col. 10. vers. 9. de prescrip.
Secundo, an unio facta per ordinarium, cum onere legendi sacram scripturam, sit simoniaca? respondetur quod non, Caput Aq. decis. 348. par. 3. c. significasti, de elect. c. significatum, de preb. uide superius, in ver. simonia. §. 15.
Tertio, an legatus a latere possit vnire beneficia iuris patronatus, sine consensu patronorum, & non uocato ordinario? respondetur negatiuè, Caput Aq. decis. 450. par. 3. quia non potest unire beneficium in praeiudicium ordinarii, Egid. decis. 513.
Quarto, unio Monasteriorum monialium, quomodo sit facienda? respondetur ex sac. congreg. declar. 191. in meis in hęc verba; Vnio Monasteriorum monialium est facienda cum subest aliqua causa legitima, accedente ad id auctoritate Papæ.
Quinto, vtrum etiam beneficia uacantia, etiam affecta possint uniri Seminario, ita sac. congre. declar. 424. & sac. Conc. Trid. sess. 23. c. 18. iuxta medium, decreuit, quod etiam antequam uacent, etiam si uacant in Curia.
Sexto, quę sit causa potissima, qua sac. Conc. & Summi Pontifices, & locorum ordinarii impelli debent ad unien la beneficia aliquibus capitulis, parochialibus, hospitalibus, seminariis, uide bul. Pii V. quę est 46. & incipit, Ad exequendum.

Septimo,

Septimo, an Capitulum possit vnire, vel præstare auctoritatem vnioni, Sede vacante: rñ detur quod sic, c. vnico de maio. & obed. lib. 6. dummodo per eam vnionem nihil iuri Episcopali detrahatur, & si dices, detrahitur iuri Episcopali, quia per illam vnioné priuarentur Epi iure conferendi? rñdetur, quod hoc non obstat, quia si hoc obstaret, neq; valeret unio facta ab Episcopo de beneficiis affectis Papæ, cum Papa etiam veniret priuatus iure conferendi, sed tunc intelligitur detrahi iuri Episcopali, quando ius, qđ Episcopus habebat super illo beneficio, amitteretur, & sic solet sp poni in bullis, saluis semper in omnibus, & singulis iuribus Episcopalibus, alias vnio nunquam fieri posset, ita Rebuf. in reg. de vnion. Gl. 11. nu. 1. & 2. & in tit. de deuol. nu. 100. ait Capitulũ posse unire Sede vacante beneficia in his casibus in quibus potest Episcopus, & citat Imolam, & Card. in clem. 1. de stat. monac. & Petrum de Perusio, tract. de vnio. Eccl. c. 4. immo Capitulum potest dissoluere uniones factas, sed cum causa, idem loc. cit. nu. 19. sicut potest Episcopus reuocare uniones factas a Legato, & etiam a Papa, etiam a seipso olim factas, idem nu. 16. & infra.

Octauo, an Episcopus possit unire beneficia deuoluta, & reseruata sedi Apostolicæ? affirmatiuè rñdet Nau. conf. 12. de reb. eccl. non alien. & conf. 10. de off. deleg. per sac. Cõc. Trid. sess. 21. c. 5. & sess. 24. c. 13. de reb. ubi ait, etiam si dictæ Ecclesiæ, uel beneficia essent generaliter, vel specialiter reseruata, aut qualitercunque, affecta, & Gom. tract. de mand. prouid. nu. 117. licet Gemi. c. si tibi absenti, nu. 16. de præb. lib. 6. dicat non posse fieri unionem ab ordinario de beneficio deuoluto ad Papam ob sui negligentiam, tñ potest intelligi de negligentia ipsiusmet ordinarii, non conferentis illud, & postea uellet illud vnire, quia hoc non potest in pęnam negligentiæ suæ, ob quod fuit positus titulus de supplenda negligentia prælatorum: secus vero quando inueniret illa iam deuoluta, uel propter prædecessoris negligentiam, ignorantiam, vel absentiam, vel ob diutinam Episcopi vacationem, ad hoc, ut iura, & doctorum tot doctrinæ habeãt ueritaté, Sylua. 3. par. q. 11. qualit. 14. Rebuf. de deuol. nu. 31.

Nono, an Episcopus possit unire beneficia absque consensu capituli? respondetur quod sic. Nauar. conf. 10. de off. Iud. deleg. quando hoc facit tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, sed Apost. ibi in d. conf. dicit sac. congreg. censuisse contrarium, tamen sac. Conc. in d. sess. 21. c. 5. de refor. nullam mentionem facit de consensu capituli, sed fortassis cõcilium loquitur de vnionibus faciendis ad Ecclesias curatas, propter eorum paupertates, sacram uero congregationem loqui de aliis vnionibus.

Decimo, an Episcopus possit vnire beneficia etiam post deuolutionem, & uidetur quod non, quia si non potest conferre, non potest unire, tamen contrarium est verius, nempe quod possit, ita Rebuf. de deuolut. nu. 31. ratio est, quia aliud est conferre, & aliud unire, Panor. in d. c. sicut unire, de excess. prælat. & unio est quodammodo magis fauorabilis, quam collatio, imò ut superius dictum est, etiam reseruata ad collationem Papæ, Nauar. d. consil. 12. de reb. eccles. non alien.

Decimoprimo, vnio potest fieri in perpetuum, & ad tempus, & hoc debet exprimi in vnione, Rebuf. de vnion. nu. 8. & 9. idque potest Episcopus ibidem, nu. 12.

Decimosecundo, causæ unionis, præter relatas a Pio V. bulla citata, sunt duæ potissimæ, necessitatis, & utilitatis, necessitatis propter paupertatem introituum ad sustentandũ ministros Ecclesiæ, & tunc fit unio, similiter & de utilitate, Rebuf. de unionibus, a nu. 38. & infra.

Decimotertio, an uniri possit parochialis bñficio simplici, præbendæ, canonicatui cathedralis Ecclesiæ, Capellaniæ, Monasterio Monialiũ, vide prout sup. in ver. parochia, §. 8

Decimoquarto, beneficium vnitum, non potest permutari, Gom. q. 15. de infir. resig. ratio est, quia sic posset deludi unio, si per continuas permutationes, seu resignationes posset transferri de uno in alterum.

Decimoquinto, unire qui possint? rñdetur, quod episcopi, & eius superiores, non autem infe-

inferiores Episcopi, ut Abbates, Priores, Præpositi, Cõmendatarij, ita in d.c. sicut vnire gl. in clem. si de reb eccle. non alien in ver. Episcopum, gl. & tex. in uers. ordinarios, clem. 1. ne in agro, §. ad hæc, de stat. mo. in ver. ordinarij, in ver. præscripserint, Abb. ibi, & Reb. de unione, nu. 32.

Decimosexto, an beneficia reseruata Papæ, etiam vacantia in curia possit Episcopus vnire, Aeneas de reseruat. par. 4. prin. effec. 5. iuxta finem, & effe. 23. num. 2. videtur dicere quod non, nisi, solum ea, quę reseruata sunt reseruatione generali, tamen ibi videtur aliquantulum dubitare, & nos diximus superius, quod vacationes in curia veniunt appellatione reseruationis generalis, & sic ego practicaui in vnione, quam feci de quibusdam beneficiis, licet exiguis, quæ inueni uacasse in curia, quamuis ante meam promotionem ad Episcopatum Minorensem, quæ vniui capitulo pauperrimo, & ea potuerim conferre, cuicunq; voluissem, quoniam sic impetraui a Sanctissimo Domino Nostro Clemente VIII. Illustrissimus Cardinalis Cynthius Dominus meus hoc Anno 1597.

Decimoseptimo, quid si Episcopus vniuit beneficium, & postea, vel ipsemet, uel Papa confert illud, an per hoc cassetur unio? respondetur primo, quod Episcopus malefaceret conferendo, & valet collatio etiam si fieret a Papa, sed non quo ad proprietatem, quia solum suspenditur pro illo tempore unionis effectus, Staph. fol. 54. nu. 7. & citat Rot.

Usura:

PRIMO, si quis fecit contractum in fraudem vsurarum in contractu mutui, vel palliati, tunc Iudex Ecclesiasticus, primo debet iudicare, quod factus est in fraudem vsurarum, & postea iudex sæcularis poterit procedere ad publicationem bonorum, vel aliã pœnam, ut bene sentit Io. de Anania in c. consuluit, de vsur. Afflict. in const. vsurariorũ notab. 8. nu. 9. in fine, quod nota pro practica, quia hodie Iudices sęculares in Regno prætendunt cognoscere omnia de crimine usurarum, & male, contra id, quod dicit Dominus Noster, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, Couar. de spons. 2. par. §. ult. nu. 4. & 5.

Secundo, potest quis dare alicui mille inter uiuos, ut donatarius eidem, dum uixerit centum quotannis soluat, & hic contractus non est usurarius, nec contra bullas, Nauar. cons. 1. de donat.

His post acceptam Ecclesiæ Minorensis curam, per annum non integrum insudaui, & si sacrarum concionum, ac lectionum, & aliarum episcopalium functionum laborib. assiduè non medioctiter occupatus, sint omnia, & singula, ad Dei, & Beatæ Virginis gloriam, Sanctorum Thomæ martyris, Archiepiscopi Cantuariensis, & Athanasii Alexandrini Patriarchæ præsentis anni tutelarium meorum honorum, & sub censura Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ.

INDVLGENTIÆ PRO Confratribus Societatum Doctrinæ Christianæ.

SANCTISSIMVS Dominus Noster Gregorius Papa XIII. per literas suas, sub datũ Tusculi Anno Dñi M D L X X V I. VI. kalend. Iunii, Anno quinto, concessit omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, qui in dictam Confraternitatem Doctrinę Christianę, ex nunc deinceps intrauerit, in eorũ ingressu huiusmodi, quotiescunque peccata sua cõfessi fuerint, & Sacram Communionẽ receperint, decem annos, & totidẽ quadragenas, de iniunctis eis pęnitentiis.

Item concessit dictis confratribus vtriusque sexus, si confessi fuerint, & receperint Sacram Communionem decem annos, & totidem quadragenas bis in anno.

Item concessit dictis confratribus descriptis, & describendis, centum annos Indulgentię, quotiescunque in huiusmodi sancto exercitio se occupauerint.

Item dictis confratribus, quotiescunque se in vnum congregauerint, & de rebus ad promotionem, & fœlicem successum institutionis puerorum in Doctrina pertractauerint, centum dies de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in Domino misericorditer relaxauit.

Item dictis confratribus, qui singulis annis, semel iuxta determinationem, & prouidam ordinationem suorum Superiorum vere pœnitentes, & confessi, sacram Communionem receperint, necnon eisdem similiter contritis, & pœnitentibus pro tempore decedentibus in cuiuslibet eorum mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorũ Indulgentiam, & remissionem, misericorditer in Domino concessit, & elargitus est, dictis literis perpetuis futuris temporibus duraturis.

Adest bul. Pij V. quæ est 156. in ordine, quę incipit, Ex debito pastoralis, & alia Grego. XIII. quæ est 2. in ordine, & incipit, Illius.

FINIS.